




**Epistolae duae insignes, altera D. Stanislai Hosii, cardinalis  
Varmien. ad illustriss. Brunsuici ducem Henricum: altera  
Martini Cromeri, ad sereniss. regem, proceres, equitesq[ue]  
Polonos, in Comitijs Varshaienisibus congregatos**

<https://hdl.handle.net/1874/430787>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


F. oct.

107













Est liber Huberti dñi Cognou kngfca

N. 10. C.

see  
1  
EPISTOLAE DVAE  
INSIGNES,

# ALTERA D.

STANISLAI HOSII, CARDI-  
nalis Varmien. ad Illustriss. Brunf-  
uici Ducem Henricum:

# ALTERA MARTINI

Cromeri, ad Sereniss. Regem, Proceres, Equi-  
tesq; Polonos, in Comitibus Varsha-  
uiensibus congregatos.



COLONIAE,  
Apud Maternum Cholinum  
M. D. LXIII.



Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maieft. 76

THE STATE OF NEW YORK

IN SENATE,

JANUARY 18, 1878.

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE,

IN ANSWER TO A RESOLUTION

PASSED BY THE SENATE,

APRIL 18, 1877.

ALBANY:



W. H. BROWN, STATE PRINTER.

# ILLVSTRIS

SIME PRINCEPS,  
& Domine,



*Edit ad me non ita  
pridem Augustâ lite  
ras Dominus Ludol  
phus Haluerius Il  
lustritatis vestræ Vi  
cecancellarius, quibus perhumani  
ter illius verbis me salutavit, simul  
à me petiuit, vt in quo statu res hîc  
versentur, Illustritati vestræ perscri  
berem. Quod ego tantò maiore cum  
alacritate faciendum esse mihi puta  
ui, quantò plures causæ sunt, quibus  
Illustritati vestræ me plurimum esse  
deuinctum profiteor. Inter quas est il  
la quidē minimè vulgaris, quòd cum  
sororem Serenissimi Regis mei, sibi  
matrimonio iunctam habeat, nō pos*

*sum illam hoc nomine non plurimum  
 obseruare. Sed est alia maior etiam,  
 quòd cum inter eos vitam degat, qui  
 doctrinis varijs & peregrinis abdu-  
 cti, in aliud nescio quod Euangelium  
 se transferri passi sunt, constanter ni-  
 hilominus in eo permanet Illustritas  
 vestra, quod à puero didicit, & se ve-  
 rè Catholicum & Orthodoxum Prin-  
 cipem esse declarat. Quo nomine me-  
 ritò colitur à pijs omnibus, & in ocu-  
 lis fertur. Ego verò quanti faciam  
 hanc illius in fide Catholica constan-  
 tiam, quanta in illam vel propter v-  
 nam hanc causam meæ voluntatis  
 inclinatione propendeam, nulla satis  
 oratione consequi possum. Itaque non  
 solum in hoc vulgari admodum offi-  
 cij genere lubens Illustritati vestræ  
 gratificabor, verum etiam si quod es-  
 se possit aliud obsequij & seruitutis  
 genus*

genus quo magis animum erga illam  
 meum testatum Illustritati vestrae fa-  
 cere possim, hoc certò de me sibi per-  
 suadeat, quòd nullum in me addictis-  
 simi seruatoris officium requiri vn-  
 quàm patiar. Quamobrem de statu  
 Concilij quod hoc tempore scribam  
 aliud non est, quàm apertum id esse  
 XV. Calen. Februarij, quod Ecclesiae  
 suae fœlix, faustum & fortunatum  
 Deus esse velit, & habitam esse pri-  
 mam sessionem ad iij Calen. Martij:  
 Alteri sessioni diem esse dictam,  
 Xvij Calen. Iunij. Quot verò hic Ora-  
 tores adsint & Episcopi, è scheda  
 presentibus inclusa Illustritas vestra  
 cognoscet. Ac adferebantur huc gra-  
 tissimi nobis rumores, etiã Illustrissi-  
 mos Principes Electores Saxoniae  
 & Brandeburgesem, hunc suos citò  
 missuros, quibus vehementer fuimus



exhilarati, nisi quòd ea de re certi  
 nihil adhuc habemus. Deum autem  
 precamur, vt & horum, & aliorum  
 Principum mentes in hanc volunta-  
 tem impellat, quòd suos Oratores mit-  
 tere ne recusent, cùm causam recu-  
 sandi nullã habeant. Nec enim aliud  
 nos cupimus vebementiùs, nec aliam  
 obrem tam frequentes in hanc Ger-  
 manicæ ciuitatem conuenimus, quàm  
 vt quod infirmum est consolidare,  
 quod egrotum sanare, quod confra-  
 ctum alligare, quod abiectũ reduce-  
 re, quod perierat quærere possimus:  
 non cum austeritate imperando, &  
 potentia, sed in spiritu lenitatis om-  
 nes qui voluerint instruendo, quòd co-  
 gnoscant, nihil à nobis præter salutẽ  
 ipsorũ quæsitiũ esse. Quem suæ disces-  
 sionis à nobis fructum tulerint, non  
 sine magno suo periculo multi iam in

Ger-

Germania didicerunt. Nam vt reli-  
 quas calamitates taceam, quibus per  
 hos annos quadraginta grauiter af-  
 flicta fuit nobilissima hæc prouincia,  
 quo authore primùm ab Ecclesia Dei  
 discessio facta est, is quemadmodum  
 ipse Christum diuidere conatus est,  
 sic & ipsū à suis quotidiana cõcisio-  
 ne diuidi videmus, vt vbicunque do-  
 ctrina ipsius recepta est, ibi tot fides,  
 quot voluntates, tot esse doctrinas,  
 quot mores, cernere liceat. Et quem-  
 admodum præclarus quidam Eccle-  
 siae doctor scripsit, posteaquàm ita fi-  
 des scribi cœptæ sunt, vti volumus,  
 aut ita vti volumus intelligi, tandem  
 eò res redacta est, vt vbi excessum  
 est ab ea fide, quæ sola est, dum plures  
 fiunt, ad id cœperint esse, ne vlla sit.  
 Quod etiam ipsimet queruntur non  
 vno loco, qui segregauerunt semetip-

sos, ad atheismū tandem apud plerosq;  
 ventū esse. Vidimus hic Ducum Vi-  
 nariensium librum, quo nouem, vidi-  
 mus alium ministrorū Mansfelden-  
 sium, quo sectæ sunt vndecim condē-  
 natæ, quæ ferè omnes non aliundè,  
 quàm a Luthero duxerūt originem.  
 Ex his duobus libris cognouimus,  
 Ienenses & Māsfeldenses ministros,  
 non magis à nobis Christianis, quos  
 per contumeliam, vt ipsis videtur, Pa-  
 pistas vocant, abhorrere, quàm à  
 Vvitembergensibus & Lipsensibus,  
 quibus visum est in certis doctrinæ  
 Christianæ capitibus, ab ipsis etiam  
 Lutheri placitis non leuiter disside-  
 re: nec illius sententiæ, quæ non alio  
 loco, quàm quo Dei verbum à multis  
 habetur, in omnibus subscribere. An  
 autem non præstaret, si qua secta cō-  
 demnanda est, vt id publicè totius or-  
 bis

bis decreto fieret potiùs, quàm in ali-  
 quo Saxoniae angulo? Certè quod Ca-  
 tholicum esse debet, de eo nihil nisi in  
 Ecclesia Catholica, quam Concilium  
 Oecumenicum representat, statuere  
 fas est: alioqui Catholicum dici non  
 poterit. Non est Vvirtembergēsis fi-  
 des nostra, sed neque Vvirtembergē-  
 sis, neq; Ienensis, neq; Tygurina, neq;  
 Geneuensis: sed est & vocatur Catho-  
 lica fides, nusquã vt aliquid statuere  
 de ea liceat, nisi in eo Concilio, quod  
 propterea vocatur Oecumenicum,  
 quòd ex vniuerso orbe Christiano cõ-  
 uocantur ad id omnes, quotquot se  
 Christianos esse profitentur, vt quod  
 omnes tangit, ab omnibus approbe-  
 tur. Vidimus & Flacci, & Galli, &  
 Amsdorffij, & Vvigãdi, & Heshu-  
 sij, & Matthæi cuiusdam iniquissimi  
 seditiosissimiq; iudicis, (qui sceptro

magistratus potius coërcendus, quam  
 stylo refutandus esset) conuicia &  
 maledicta: quibus grauissimis affi-  
 ciunt non ministros tantum, verum  
 & Principes Electores omnes, quam-  
 uis suppressis eorum nominibus: nec  
 minus illos, quam nos, pro condemna-  
 tis habent, & eorum communionem cō-  
 suetudineque suis interdiciunt. Legi-  
 mus & Philippi Melanchthonis, (qui  
 miser, cum ei Lutherus in plerisque non  
 satisfaceret, iuit de virtute in virtu-  
 tem, & ex Lutherano factus est ad  
 extremum Calvinianus), graues que-  
 rimoniae de hoc mirabilium hominum  
 genere, qui suo arbitratu damnant  
 quidlibet, neque personis auditis, neque  
 rebus diiudicatis, cum quibus nihil a-  
 gi posse dicit. Cogunt, inquit, Concilia,  
 quando & ubi ipsis placet, atque ven-  
 dicant sibi maiorem, magis intolerabi-  
 lem

lem, & minus excusabilem authorita-  
 tem ac potestatem, quam Papa Roma-  
 nus vnquam. Quæ quò tãdem euasura  
 videãtur, cogitetur, inquit. Paulò an-  
 tè verò scribit, quòd in anarchiã eua-  
 serint. An autem id verũ sit, scire me-  
 lius possunt, quorum res oculis est sub-  
 iecta. Quanquàm & ego mihi videor  
 animaduertisse quibusdã in locis, v-  
 bi suaue Christi iugũ per ministrũ su-  
 um Pontificẽ Ecclesiam gubernan-  
 tis excussum est, etiam Principũ iu-  
 gum nõ ferè tolerari. Vidimus & Cle-  
 bitij quendam libellũ, qui inscribitur,  
 Victoria veritatis, & ruina Papatus  
 Saxonici, contra Heshusiũ scriptũ, in  
 quo Lutheranos ad synodũ, & ad di-  
 sputationem de presẽtia vel absentia  
 potiùs, vt ille sẽtit, Christi corporis &  
 sanguinis in Eucharistiæ Sacramẽto  
 puocat, ac easdem illis leges prescri-  
 bit,

bit, quas ipsi nobis Christianis præscribere cōsueuerūt. Quorsum autē res redijt per Deū immortalem? Putauit Lutherus euersurum se Papatū Romanum, qui mille quingētis annis in Ecclesia Dei durauit, duraturus etiā iuxta Christi promissum, ad finē vsq; seculi: ecce autē ipsius Lutheri Papatum, quē vix dū annos quadraginta durasse cōstat in Saxonia, saluo Romano, iā euersum prius esse non temerè Sacramentarij gloriātur, cū bona pars eorū, qui Lutheri fidem fuerāt amplexi, reiecta ea, Zuinglij siue Caluini doctrinā sit sequuta: Ac plurimos in Germania videre liceat, qui de presentia Christi corporis in Eucharistia nō solū ab Ecclesia Dei, verūm ab ipsius etiā Lutheri placitis discesserūt: multo q̄ nūc latiūs Caluini doctrinā ppagatam videre licet, quā

quàm fuit vnquã Lutherana. Quo li-  
 bētius adduci deberēt hi, qui dici vo-  
 lūt Cōfessionis Augustanae, vt quibus  
 de rebus inter se disceptāt, de his iu-  
 diciū penes hoc Oecumenicū Cōciliū  
 esse vellēt. Et habituri hīc essent æ-  
 quiores iudices opiniōe sua. Vidimus  
 Flacci supplicatorios quosdā libellos  
 quibus instat & vrget mirabiliter,  
 vt in Germania, vel potiùs in Saxo-  
 nia Synodus cōgregetur: à qua tamē  
 arceri vult primū Christianos oēs,  
 quos illi visū est vocare Papistas, de-  
 inde Seruetianos, Suenckfeldianos,  
 Antinomos, Anabaptistas, & Osiā-  
 drinos: neq; sibi cū alijs, q̄ cū Synergi-  
 stis, Maioristis, & Adiaphoristis rē  
 esse vult, ac miras tragædias excitat  
 de Cōfessione Augustana, quam esse  
 multis in locis mutatā ac deprauatā  
 quiritatur: neq; dubitat alicubi falsi  
 crimen



Mutata  
 Cōfessio  
 Augusta-  
 na ab ip-  
 so Melan-  
 chthone.

crimen impingere Philippo, quòd nō  
 magis Confessionem Augustanā, quā  
 ipsos etiā Lutheri libros plurimis in  
 locis adulterauerit. Nec id sine cau-  
 sa. Nā cōtuli ego quoq; aliquot exem-  
 plaria Cōfessionis Augustanæ, & ita  
 se rem habere comperi: Nec vlla mihi  
 visa est propiūs accedere ad eam, quæ  
 fuit Augustæ oblata Christianissimo  
 Imperatori Carolo, cuius memoria in  
 benedictiōe est, quā ea, quæ Flacci ope-  
 ra Ienæ typis est excusa, & extat in  
 librorū Lutheri tomo quarto. Cū ita-  
 que de Confessionis etiā ipsius Augu-  
 stanæ fide inter istos disceptetur, quā  
 toties mutatā & deprauatam esse, nō  
 modò Zuingliani siue Caluiniiani, ve-  
 rùm & ipsi vociferātur veri Luthe-  
 rani, qui cothurnū quendam eam ap-  
 pellant, vtriq; pedi aptū, cū author  
 ipsius, qui suis eam conscripsit mani-  
 bus,

bus, & in alijs multis, & in eo, quod  
 precipuū est Christianæ doctrinæ ca-  
 put, de p̄sentia Christi corporis & san-  
 guinis in Eucharistia, nō ab Ecclesia  
 modò, verū & à seipso, & à magistro  
 suo Luthero diuersū sētiat, & cū Cal-  
 uino cōsētiat, nō ne satius foret, vt de  
 hac ipsa Confessione, quid in ea rectè re-  
 cipi posset, qđ nō, huic Oecumenico po-  
 tiūs Cōcilio indicādi potestātē isti per-  
 mitterent, eiq̄ se subijcerent, quā vt  
 vnius hominis arbitrio toties mutata  
 tantā ipsis etiā Lutheranis de ea dis-  
 ceptandi & altercādi materiā præbe-  
 ret? Mibi verò si cuiusq̄ alterius, cer-  
 tē Lutheranæ secl̄æ vel maximè vi-  
 detur interesse, doctrinā vt suā siue  
 Cōfessionē huic Oecumenico Concilio  
 diiudicandā permittat: quandoquidē  
 non solū per Sacramentarios ea non-  
 nullis locis vehemēter oppugnatur, ac  
 pro

propemodum expugnatur, verū etiā  
 ipsorū Lutheranorū inter se mutuis  
 dissiidijs extinguitur. Cuperet Flaccus  
 hoc iudiciū in Saxonia fieri: cur autē  
 nō ibi potiūs, vbi totus cōgregatur or  
 bis Christianus? Scilicet, Saxonica  
 fides cōdēda, & nō Catholica potiūs  
 nobis est retinēda. Certē magis ex v-  
 su, magis etiā ex dignitate foret Prī  
 cipum istorū, vt cōtrouersias istas mi  
 nistrorum suorum, eorum iudicio po  
 tiūs disceptādas permitterent, quos  
 pro legitimis iudicibus agnoscut, &  
 Dominus eorū Casarea Maiestas, &  
 quotquot sunt alij per orbē vniuersū  
 Christiani & orthodoxi Reges &  
 Principes, q̄ vt vel Flacco se, vel Gal  
 lo, vel qui sunt eiusdē farinae, submit  
 terēt. Neq; dubitare debēt, quin Pa  
 tres hos multò essēt equiores habitu  
 ri, q̄ illos nescio quos. Esset hīc nō ma  
 gis

gis cognoscendi, quā ignoscēdi locus, id-  
 que tolerabilioribus cōditionibus, quā  
 quas p̄ceptoribus suis p̄ponit Flaccus.  
 Et cū in Symbolo p̄fiteamur oēs, cre-  
 dere nos sanctā Ecclesiā Catholicā,  
 non'ne magis velle deberēt Catholicā  
 cōfessionē habere P̄cipes isti, quā  
 vel Saxoniam, vel Augustanam, vel  
 nescio quam aliam? Iā enim nō modō  
 prouinciæ, verū & ciuitates ferē sin-  
 gula, p̄prias & priuatas suas confes-  
 siones adferūt. Qua de re vbi statui po-  
 test melius, quā in hoc Oecumenico, quod  
 Catholicā Ecclesiam representat, Cō-  
 cilio? Quamobrē quod sua sp̄ōte factū  
 ram Illustritatē vestrā nō dubito, ma-  
 iorem in modū ab illa peto, vt instare  
 velit apud P̄cipes istos Germaniæ,  
 & eis persuadere, quos p̄sertim habet  
 aliqua sibi p̄pinq̄uitate, familiaritate  
 que coniunctos, vt suos huc Oratores

B primo

primo quoque tempore mittant.  
 Audio, quòd non ita pridem Illu-  
 strissimi Domini Marchionis Bran-  
 deburgen. Electoris filia nupsit Il-  
 lustritatis vestrae filio, quod illi ma-  
 trimonium foeliciter euenire cupio.  
 Cùm autem is non alienus ab Ec-  
 clesia Catholica sit visus, promi-  
 serit etiam proximè superiori an-  
 no Nuntio Apostolico se suum  
 huc Oratorem missurum, facile  
 perfecerit apud illum Illustritas  
 vestra, auctoritate sua, vt præ-  
 stet, quod promisit. Scio non defutu-  
 ros, qui dehortentur Illustritatem  
 eius ne faciat, vel hanc solam ob cau-  
 sam, quòd à Pontifice Romano Con-  
 cilium hoc est indictum, cuius iugum  
 excussum ab omnibus cuperent: nec  
 alia de re magis laborant, quàm vt  
 nomen illius quàm maximè odiosum,

& inuisum reddant omnibus, quòd  
 sublato gubernatore, faciliùs circa  
 Ecclesiæ naufragiũ grassari se posse  
 persuasum habent. Sed quis tandem  
 est, qui posset, præter hunc, Oecume-  
 nicum Concilium conuocare? Nihil  
 iam de eo dicam, quòd semper hæc  
 fuerit ecclesiastica regula, iam inde  
 à mille trecentis & ampliùs annis,  
 ne præter sententiam Romani Pon-  
 tificis Concilium vllum celebrare li-  
 ceret. Fingamus licere, vt alius quis-  
 quam indicet. Quis erit ille, qui pos-  
 sit hoc præstare? Num Imperatoria  
 Maiestas? Est quidem is Regum om-  
 nium & Principum excellentissi-  
 mus, verũ nec à Gallis, nec ab Hispa-  
 nis, nec ab Anglis, nec à Polonis, nec  
 à multis alijs eo loco habetur, vt ei  
 tanquàm superiori, dicto audientes  
 esse velint, qui Regnorum horũ, &

aliorum, gubernacula tenent. Contrà  
 verò, Pontifici Romano libenter hūc  
 honorem habent, & ipsa Maiestas  
 Imperatoria, & omnes Reges &  
 Prīcipes, quot quot Catholici & Or-  
 thodoxi censeri volunt, vt eum tan-  
 quàm superiorem agnoscant, & ei  
 debitam reuerentiam & obedientiā  
 præstent, atque ab eo vocati, vel ipsi  
 veniant ad Cōcilium, vel saltem suos  
 Oratores mittant. Quod iā à plerif-  
 que factū esse, ex ea, quam Illustrita-  
 ti vestrae mitto, scheda cognoscet.  
 Cū itaque vel ipsa luce sit clariùs,  
 quòd Oecumenicum Concilium nemo  
 possit alius congregare præter Pon-  
 tificem, cū suos ad illud Oratores  
 Imperatoria Maiestas iam ablegaue-  
 rit, qui subiecti sunt illi Germaniæ  
 Prīcipes, cur id facere detrectent,  
 quod ab Imperatore & Domino suo  
 factum

factum iam esse vident? Nihil hono-  
 ri suo detrabi persuasum habet Ma-  
 iestas Imperatoria, quin aliqua po-  
 tius illum accessione cumulari cre-  
 dit, si gloriam hanc Deo det, vt quem  
 illi visum est suum in terris Vicariū  
 constituere, debitam ei reuerentiam  
 tribuat. Et certè nulla res est, in qua  
 piorum Principum vel fides magis  
 exerceatur, vel Christiana quædam  
 humilitas, qua nihil Deo gratius est,  
 clariùs enitescat, quàm cum non hoc  
 ab illis attenditur, quis ille sit quem  
 in Petri Cathedra Deus collocavit,  
 cum fieri quandoque possit, vt eadem  
 qua ceteri præditus in firmitate, nec  
 vitæ prorsus inculpatæ, nec omnibus  
 his rebus, quibus libentius homines  
 honorem quendam & venerationem  
 tribuunt, sit satis instructus: verùm  
 id solum spectatur, quòd Christi Vi-  
 carius,



carius, quòd Petri legitimus suc-  
 cessor est: vt honor omnis non ad ho-  
 minem, qui & infirmus est, & suis ip-  
 se per sepe vitijs non caret, verùm ad  
 ipsum Deum referatur, per quem in  
 ista Cathedra collocatus est. Nec in  
 homine fiducia quicquam ponitur,  
 quod qui facit, cum Propheta maledi-  
 ctum esse dicit, sed in solo Domino,  
 qui potest per quamlibet indignum  
 peccatorem, contra spem etiam, &  
 expectationem multorum, ea præsta-  
 re, quæ maximum ipsius Ecclesiæ  
 fructum adferre queant: quò sic per-  
 spicuum fiat omnibus, non id homi-  
 nis virtute contigisse, verùm excel-  
 si dextra factum esse. Quam itaque  
 Deo gloriam dat Imperatoria Ma-  
 iestas, & eius exemplo cæteri Reges  
 & Principes Christiani, cum eadem  
 gloriã Deo nõ dent, etiã subiecti Ma-  
 iestati

iestati illius Germaniæ Principes,  
 vt ipsi per ministrum suum Pontifi-  
 cem ad Conciliū eos vocanti pareant,  
 & suos huc Oratores primo quoque  
 tempore mittant? Dicant illi quic-  
 quid volent, vnus vt Ecclesiæ præsit  
 necesse est, si debet vnitas in ea reti-  
 neri. Et quàm verum sit illud, quòd  
 non aliunde schismata & hæreses  
 obortæ sunt, quàm inde, quòd sacer-  
 doti Dei non obtemperatur, dū Epif-  
 copus, qui vnus est, & Ecclesiæ præ-  
 est, superba quorundam præsumptio-  
 ne contemnitur, & homo dignatione  
 Dei honoratus, ab indignis homini-  
 bus iudicatur, non iam in Cypriani  
 tantum libris legimus, verum etiam  
 in his quæ facta sunt in Germania,  
 oculis ipsi nostris cernimus. Excus-  
 sisse quidam sibi videntur iugū Pon-  
 tificis: quid autem ex eo cōsequutum

est? Tot fides, quot voluntates: & pro vno Papa, multos iam esse nacti videntur. Nolo iam dicere de his, qui Caluini verbum pro Dei verbo sunt amplexi, quemadmodum hi querantur de illis, qui Lutheri potius, quàm Caluini verbum tanquàm Dei verbum adorare malunt, quòd non sustulerint, verùm ad se pertraxerint Papæ tyrannidem, proque ligneo iugo Papæ collo excusso, ferreum ab illis impositum sit? Nihil itaque dicam de Sacramentarijs, quibus nihil est impurius: an autem ad eundem modum de se mutuo non queruntur Lutherani? Quàm grauius ferat Philippus, quòd maiorem magisque intolerabilem & minùs excusabilem auctoritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vnquam, sibi vendicent Flaccus & Gallus, paulò antè commemoravi.

raui. Nunc audiat Illustritas vestra,  
quid vicissim de Philippo præceptore  
suo, quamuis suppresso illius nomine,  
scribat Gallus. Libet autem ea lin-  
gua transscribere, qua Galli libellus  
editus est.

So hab Ich mein Ampt vnd be-  
fhe/ so woll als sie / der warheit  
benzûstehen / vnd zustraffen die  
widersprecher / sie sein gleich wer  
sie wollen / vnd wens ein Engel  
von himel were / Ich achte auch  
noch dartzu / Ich thue Ihnen für  
Gott eben damit mehr ehr vnd  
gûts / da ich sie gleich straffe / irer  
irtume erimere / vñ zur busse er-  
mane / den alle dieselbê ire Heuch-  
ler vñ schmeichln / so sie mit Irer  
heuchleren in Irrthumē stercken  
vñ in vnbusfertigkeit aufhalten.

Quæ au-  
thor pas-  
sim inse-  
rit Ger-  
manica  
curavit  
typogra-  
phus in  
gratiam  
exterorū  
cōuertit.

Meynen sie dan/ sie syndt sol-  
 che Præceptores, das die Disci-  
 pel alles glauben müssen / was  
 sie sagen / Oder solche heyligen  
 die nicht irren können . So ist  
 nichts neues auch bei den hey-  
 den/das Gott einē Discipel wol  
 ein warheit für dem Præceptor  
 verlihen hat / vnd verleihen kan/  
 der drauff von dem Præceptor  
 dissentiert . Daher der Spruch/  
 Amicus Plato, amicus Socrates,  
 magis amica veritas. Vnd haben  
 vor ihnen große heyligē geirret/  
 vnd in irthum gefüret . So mü-  
 ßen sie Lutherum ia auch noch  
 lassen ein Preceptor sein . Vnd  
 den Preceptor aller preceptorum  
 Christum / von denen sie dan ab-  
 gewichē sindt / wie darauff oben  
 vnser

vnser ganze Disputation beru-  
 het / welchen Preceptorn sie nu  
 selbst widestehen / vnd recht vns  
 danckbar sind / fur de offenbarte  
 warheit . Gehen gleich netzo da-  
 hin / verführen vnd werdenn ver-  
 furt / vnter dem titel der Prece-  
 ptorn / wie de Jüden vnter dem  
 Titel des Gesetzes / vnd die Pa-  
 pistenn vnter dem tittel der Kir-  
 chem.

Diese schone / ernste Colla-  
 tion sollen sie Inen hiemjt habē/  
 vom Doctor tenebat tantum-  
 modò / Welcher also pflegt zure-  
 den / vnd ist ein selige rede woll  
 zuwissen / den Christen netzo zur  
 trewen warnung. Wie die Jüde  
 spricht ehr / schreien Templum  
 Domini, templū Domini. Die  
 Papi

Papisten bißher geschrien habē/  
 vñ noch schreien Ecclesia, Eccle-  
 sia. Also eben schreien izo unsere  
 Magistri vñd Scholastici Vvitē.  
 bergēses/ vñd thunnen gleich im  
 grunde nicht mehr/ Denn Præce-  
 ptores, Præceptores. Des Pre-  
 ceptors Christi vō dem Gott zeu-  
 get/ Dz ist mein Son/ den solt jr  
 hören. Auch des Preceptors Lu-  
 theri/ dem beide die Schrift vñd  
 das werck zeugniß gibt/ das gott  
 ihn zur Reformation der Lehre  
 vñd Kirchen/ als denn Letzten  
 Eliam diser letzten zeit erweckt  
 gehabt/ derē Preceptorn sage ich  
 nu darzu/ wirt yetzo bey Papi-  
 stem vñd Adiaphoristen ver-  
 gessen.

Hieher gehört auch wol das/  
 das

Das sie vns neue Bapste vñ Re-  
 formatores Ecclesie scheltem.  
 Ich meine aber ja / es tresse sie  
 selb. Denn wie der Bapst zu  
 Rom sich annasset / Er konne  
 nicht irren / Er sey vniuersalis  
 Episcopus totius Ecclesie. Was  
 er rede vnd setze / das müsse gel-  
 ten / vnd sind eitel Diuina ora-  
 cula / daran nymandt zweiueln /  
 ny mäd darwider redē darff / vnd  
 das daher / dz er Petri Stuel erb  
 ist / oder sein wil. Also thun war-  
 lich die von Wittenbergk nicht  
 anders / wollen Lutheri vund sei-  
 nes geists gleich Stuel erbenn  
 sein. Welchs geists (wie es ange-  
 fangen) sehr bald souil bey ihne  
 bleiben solte / als Petri geists bli-  
 ben ist zu Rom. / bey Bapst /  
 Caro



**Cardinalln/ Bischouen / vnd  
ihrem hauffenn.**

hoc est,

*Est verò id muneris & officij mei, haud secùs atque illorum, vt veritati patrociner, & ei contradicentes reprehendam, qualescunq; demùm sint illi, etiamsi sit angelus è cælo. Adeo-que persuasum habeo, hoc ipso plus me eis honoris & beneficij deferre coram Deo, dum illos culpito, suorum errorum admoneo, atque ad pœnitentiam eos inuito, quàm illos ipsos adu- latores & palpones omnes, qui sua adulatione illos in erroribus confir- mant, atque in pœnitentia detinent.*

*An verò persuasum habent eiusmodi se esse præceptores, vt ipsorum dictis omnibus necesse sit fidem commoda- re discipulos? aut id genus Sanctos qui, errare nõ possint? Atqui sanè nec apud Ethnicos quidem nouum isthuc est,*

est, vt interim discipulo diuinitus veritas patefacta sit, atque etiamnum patefieri possit præ illius præceptore, in qua etiam non dubitet à suo dissentire Magistro. Vnde illa nata est sententia, Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas. Atque ante illos quidam insigni præditi sanctorum monia errauere, & in errorem alios induxere. Tum quoque necesse est Lutherum itidem vt sinat adhuc esse præceptorem, & præceptorum omnium præceptorem Christum, à quibus ipsi defecerunt, quemadmodum in hoc omnis nostra superior disputatio acquiescit: Quibus ipsimet iam præceptoribus sese opponunt, plañeque ingratos declarant pro veritate manifestata. Pergunt interim, mittuntque in errorem, & mittuntur, idque sub Præceptorum titulo, per-

perinde vt olim Iudæi sub legis, & Pontificij sub Ecclesiæ titulo.

Atque illi lepidam hanc & seriam collationem (à Doctore, tenebat tantummodo) accipiant, qui sic dicere solitus erat: estque sanè salutaris oratio, quam opera precium sit non ignorare modò Christianos pro sui fida cōmonitione. Quemadmodum Iudæi, ait, clamabant, Templum Domini, Templum Domini, & Papistæ hæcenus clamitarunt, & neque dum clamitare desinunt, Ecclesia, Ecclesia: ita nimirum etiam nostri iam crepitant Magistri & Scholastici Wvitembergenses: neque ex ipso fundamento quicquam norunt aliud, nisi, Præceptores, Præceptores. Interim præceptoris Christi, cui testimonium reddit Deus, Hic est filius meus, ipsum audite: tum quoque præceptoris Lutheri,

AD DVCEM HEN. BRVN.

Lutheri, cuius scripta & opera testimonium afferunt, diuinitus illum ceu postremum vltimi temporis huius Eliam Ecclesiae & doctrinae reformatae excitatum: horum, inquam, praeceptorum tum Papistas, tum Adia-phoristas magna coepit obliuio.

Huc etiam illud pertinet, quod nos novos Pontifices siue Papas & Ecclesiae reformatores criminantur.

At qui verò isthuc ipsum in illos equidem quadrare puto. Vt enim Romanus Pontifex id sibi arrogat, se errare non posse, se esse vniuersalem totius Ecclesiae Episcopum, quicquid ipse dicat & statuatur, id valere oportere, & mera esse diuina oracula, de quibus nemini ambigere, nec cuiquam contradicere fas sit: idque eò, quod cathedrae Petri ipse haeres sit, aut esse velit: haud aliter profecto Vvitem-

C vera

bergenses sese comparant, dum Lutheri & spiritus eius ex sede hæredes esse volunt: cuius tamen spiritus, ut iam coeptum est, tantundem propemodum apud illos residere videatur, quantum spiritus Petri Romæ apud Pontificem, Cardinales, Episcopos, & illorum gregem, &c.

Nec pauca eiusdè generis apud Flaccum & Amsdorfium reperire licet, nisi quòd omnia nunc in medium adferre, necesse non est. Hoc tantum ostendere volui, posteaquàm Papæ iugum excussum est in Germania, multos ibi natos esse Papas, & eos magis intolerabiles, si quid Philippo credimus, quàm fuit ullus vnquam Papa Romanus. Inde sunt istæ sectæ tã inter se mirabiliter dissectæ, dũ quisque se pro Papa gerit, dum quisque, quod ipse docet, id tanquàm Dei verbum

AD DVCEM HEN. BRVN.

bum ab omnibus adorari vult, vt iam  
tot habere Germania Deos videatur,  
quot habet nouæ doctrinæ magistros,  
dū vniuscuiusq; eorū verbū, tāq̄ Dei  
verbum & Christi recipit Euāgeliū,  
(sic enim doctrinā suam appellari vo-  
lunt.) Nec erit sectarum istarum fi-  
nis vllus, nisi prius eò redeatur, vnde  
discessum est. Incidi nuper in libellū  
quendam Ioannis Spangenbergij,  
quē edidit anno proximo superiore,  
cuius inscriptio hæc est lingua sua  
Germanica.

Warhafftiger bericht von  
den wolthatten die Gott durch  
D. Martin Luther seligen für  
nemlich Deutzschlandt erzeigt/  
vnd von der schentlichen vndan-  
ckbarkeit für solche grosse ga-  
benn/etc.

Verax narratio beneficiorum per D. Martinum Lutherú piæ memoriæ, præsertim Germaniæ diuinitus præstitorum, & detestandæ ingratitude erga cuiusmodi ingentia beneficia & munera, &c.

*Inter alia Lutheri beneficia, numerat & hoc, quòd Antichristum reuelauerit. Quòd si nihil aliud fecisset, vel hoc solo nomine dignum eum fuisse scribit, cui summus honos haberetur. In fine verò libelli prophetias quasdam (sic enim vocat) ex libris Lutheri congerit, inter quas ponit & hanc de fructibus reuelati Antichristi.*

*Vetus verbum est, & à multis doctõribus repetitum, quòd post reuelationem Antichristi tam erunt homines feri, quòd iam deinceps nolent Deũ agnosco*

agnoscere, nec vllam illius rationem habere: sed iuxta suam quisque voluntatem faciet, quicquid diabolus & caro suaserit. Hoc tempus iam impletum videmus. Posteaquàm enim admirabili quadam & singulari Dei gratia Antichristianismi, siue Papatus horrenda mēdacia ac doli, deceptionesque manifestatæ sunt, incipiunt iam homines nihil ampliùs credere: & posteaquàm à vinculis Papatus se liberos esse vident, volunt etiam esse liberi & soluti ab Evangelio, & à præceptis Dei: & volunt vt deinceps rectum sit & iustū, quicquid vnicuique visum fuerit.

Obsecro diligenter Illustritas vestra secum expēdat hæc verba. Nec enim verius fuit, quod Caiphas olim dixit, quàm quod nunc hic Pseudopropheta scribit. Quamuis enim falsò Papa-



tum vocet *Antichristianismum*, cū  
 hic status, qui nunc est in multis Ger-  
 maniae locis, multò sit hoc nomine di-  
 gnior: hoc tamē verissimū est, quòd  
 posteaquā Christi suaue iugum per  
 Papam Ecclesiam suam gubernantis  
 excussum, & ipsum Papam Anti-  
 christum esse falsò persuasum est plu-  
 rimis, & Christi iugum simul est ex-  
 cussū, ac eò res redacta (proh dolor)  
 quòd qui diruperunt vincula Papa-  
 tus, ydem illi nec Euangely, nec Dei  
 præceptorum vinculis vllis alligati  
 iam esse volunt: ac disruptorum vincu-  
 lorum fructum hunc ferunt, vt iam  
 deinceps nihil credāt, & faciat quis-  
 que, quod sibi videtur. Qua de re que-  
 ritur etiam Hieronymus Mencze-  
 lius, cuius libellum de pastoribus legi,  
 eodem illo anno impressum Islebij,  
 quam isti nouam Bethleem esse vo-  
 lunt

lunt, in qua nouus Christus natus sit,  
vel Antichristus potiùs. In cuius li-  
bri præfatione sunt hæc verba:

Posteaquàm per sanctum Euangeliũ  
à Papæ tyrannide, & potestate libe-  
rati sunt, & assueuerunt omnes illius  
constitutiones reijcere, progrediun-  
tur vltèrius, & volunt prorsus ean-  
dem consuetudinem in alijs quoque  
rebus omnibus, siue sint bonæ, siue  
malæ, retinere. Volunt esse liberi, nec  
à quoquam prohiberi, quo minùs ar-  
bitratu suo viuant, haud aliter, quàm  
si Euangelium esset talis doctrina,  
quæ vnicuique concedat potestatem  
faciendi, quod illi placet, quæ nullum  
ordinem, nec vllam disciplinam ferre  
possit. Quòd si quis eis resistere fue-  
rit ausus, eò veniunt audaciæ, vt non  
solum odia suscipiant erga suos præ-  
dicatores, & eos contumelijs affici-

ant, verum etiam pro virili sua tyrannicè persequantur. Ac si quem volunt ordinem prædicatores cõstituerent, statim vim esse dicunt minimè Christianam, & nouationem quãdam, & introductionem veteris Papatus, per quam prædicatores propriam suam potestatem & dominationem in commissum sibi gregem stabilire velint. Qui si pergant vrgere executionem eorum quæ constituerunt, non solum conuicijs afficiuntur, verum etiam ad extremum expelluntur.

Neque dissimilia queritur Heshusius in eo libello, quem & ipse de pastoribus scripsit. Videt igitur Illustrata vestra, quo loco sit Germaniæ status, posteaquàm ea multis in locis Papæ iugum excussit: quod commutatum, non excussum esse videtur, cum alio cuiusuis potiùs, quàm Christi,

sti, multò grauiore iugo, prematur.  
 Accusat autem Spangenbergius in  
 eo libello, ex quo paulò antè nonnulla  
 produxi, non Christianos, quos ipse  
 vocat Papistas, verùm illos ipsos accu-  
 sat ingratitude, qui Lutheri ver-  
 bum, tanquàm Christi verbum qua-  
 dragita his & ampliùs annis adora-  
 runt, Vvittembergenses potissimùm,  
 Lipsenses, & qui sunt sub Duce Vvir-  
 tembergēsi. Hos igitur grauitè ac-  
 cusat, quòd acceptorum à Luthero be-  
 neficiorum immemores, ausi fuerint  
 in decē aut vndecim doctriinæ capi-  
 tibus ab ipsius doctriina, quam purum  
 putum Dei verbum esse persuasum  
 omnes habere cupit, discedere, quod-  
 que his eum elogijs ornauerint.

Sie nennen In einen Philau-  
 tum. Das ist/ einen solchen men-  
 S v schen/

schen/der von nymandt dan von  
 Ihm selbst allein viel gehalten  
 habe/vnd dem nichts gefhallen/  
 dan was er selbst gereth vnd ge-  
 than. Item einen Philonicum  
 vnd Eristicum, eine solche hader-  
 meze/der Allezeit wolte recht ha-  
 ben/keinem menschenn etwas guts  
 sein lasse / Niemandts weichen  
 wolte / Vllein sein eigen ehre su-  
 che/vnd nymandt neben Ihm lei-  
 dem könne. Item einen doctore  
 Hyperbolicum/Einen solchem  
 Lehrer / der auff einem flohe kön-  
 ne ein Camell machen/der von  
 tausenten sage/vnd kaum fünff  
 meine / Ins feldt hynnein rede/  
 Gott gebe / es sey wahr oder nit/  
 Der zwey mall mehr sage dann  
 es an Ihm selbst ist / Itē sie nen-  
 nen

nen Jhn Polypragmaticum,  
 der sich muttwilligklich Jhn alle  
 hendel mit einmischet / sich mehr  
 außzurichten vnterwindet den  
 Jhn beschollen vnd aller sachen  
 Annasset / so in doch nicht ange  
 hem. Item Ostentatorem inge  
 nij der nur mit seinem hohē ver  
 stande one not gepranget habe /  
 vnd sich wollen sehen lassen. Item  
 stoicum. Einen Star kopff / der  
 nur seines sins gelebt / vñ andere  
 in tyrānischer dienstbarckent ge  
 halten habe. Machen auch einen  
 somniatorem vnd Treumer  
 aus Jhn / vnd breues wuest /  
 Gott sey es geklagt / ineinan  
 der / etc.

*Vocant eum Philautum, id est,  
 eiusmodi hominem, qui non nisi de se*

Vno præclarè senserit, sibi vni plurimum tribuerit: cuique nihil arriserit præterquam quòd ipse dixisset & fecisset. Appellant item Philonicum & Eristicum, id est, hominem vsque adeò rixosum, vt semper suam tueatur sententiam tanquam æquam, nemini quicquam concedere, nulli cedere velit, suam duntaxat aucupetur gloriam, nec quenquam præter se ferre sustineat. Itemque Doctorem Hyperbolicum, puta, qui ex culice possit efficere camelum, qui mille iactitet, & vix quinque cogitet: effutiat quicquid in buccam venerit, flocci pendens num vel verum, vel falsum sit quod dicit: denique qui duplo plus asserat, quam ipsa habeat rei veritas. Nuncupant etiam illum Polypragmaticum, qui se procaciter, & petulanter negocijs omnibus immisceat, qui plura sia  
 ra sia

AD DVCEM HEN. BRVN.

ra sibi expedienda sumat, quā ipsius  
 poscat prouincia, rebusque omnibus,  
 quæ tamen nihil ad illum pertineant  
 sese ingerat. Tum quoque ingenij ostē  
 tatorem eum nominant, qui non nisi  
 ingenij acumen præter necessitatem  
 ostentare, seseque venditare voluerit.  
 Sed & Stoicum, durū capitonem, qui  
 non nisi suo vixerit cerebro, atq; alios  
 tyrannica continuerit, & presserit  
 seruitute. Denique Somniatorem eū  
 vocant, & prohdolor miserandum in  
 modum isthæc coquunt, atque per-  
 miscent, &c.

Quòd si discipulorum Lutheri ta-  
 le de Luthero fuit iudicium, & cer-  
 tum est, nō deesse quosdam etiā Prino-  
 cipes, qui Melanchthonis doctrinam  
 sibi potiùs amplectendam esse putāt,  
 quàm Lutheri: ac rectè ab eo factum  
 existimant, quòd nō in omnibus cum  
 Luthe-



Luthero consenserit, sed in quibusdā  
 ad nos Christianos, in alijs verò non-  
 nullis dogmatibus ad Zuinglianos,  
 siue Calvinianos deflexerit, vel  
 hac ipsa res, calcar addere posset Ger-  
 maniae Principibus, vt ne vel Melan-  
 chthonis, vel Spangenbergij, vel Illy-  
 rici iudicio de doctrina Lutheri sta-  
 re, sed eam Oecumenico potiùs Con-  
 cilio disceptandam permittere vellēt.  
 Sic enim & dissidia, quæ sunt inter  
 ministros eorum, tolli faciliùs, & ipsi  
 Principes ad agnitionem veritatis  
 redire celeriùs possent. Sic autem in  
 eodem illo libello de Luthero scribit  
 Spangenbergius, vt eum exæquare  
 Christo videatur, nec alio ferè loco,  
 quàm quo scripturas Canonicas, eius  
 libros haberi velit. Accusant nos ido-  
 lolatriæ. Potestne autem esse maior,  
 ac manifestior idololatria, quàm sit  
 hæc

AD DVCEM HEN. BRVN.

hæc, vnius alicuius hominis verbum,  
in quo nec doctrina excellens, nec vl-  
la est vitæ sanctimonia, tanquàm Dei  
verbum recipere, & coram illo incur-  
uari, ac si quis ab eo discesserit, eum è  
cœtu suo eycere? Vtinam vellent isti  
Principes memores esse verborum,  
quibus in Prophetis & Apostolicis  
litteris idola fugere monentur, & cùm  
intelligant, nihil aliud esse, quàm me-  
ra quædam idola, Lutherum, Philip-  
pū, Flaccū, Brentiū, remis, quod aiūt,  
& velis illa fugerent, deq; eo, quæ do-  
ctrina Verbū Dei censerī debeat, pe-  
nes Ecclesiam Catholicam, quam Cō-  
cilium Oecumenicum repræsentat, iu-  
diciū esse mallent, q̄ penes Flaccū,  
vel Brentiū, vel nescio quos alios Sa-  
xonicos ministros. Etiā extra Saxo-  
niā legūtur & intelligūtur scripturæ,  
& rectius ibi iudicari potest, qui sit  
germa-

germanus scripturæ sensus, vbi totus  
 orbis conuenit in Christi nomine, quã  
 in paucorum conuenticulo. Quod Ca-  
 tholicum dogma censeretur, in Ec-  
 clesia Catholica debet approbari: quã  
 fructu se credere in symbolo profitẽ-  
 tur, qui malunt vnius alicuius priua-  
 ti hominis, aut etiam paucorum in an-  
 gulo aliquo conuenientium, ac diuer-  
 sum ab illa statuentium, quã illius  
 sententiam sequi. Sæpè iam periculũ  
 fecerunt, multa sunt inter eos collo-  
 quia, multa sunt habita conuenticula.  
 Quid autem aliud lucrifecerunt, quã  
 quòd magis ex illis incerti, quã fue-  
 rant antea, discesserunt, magis etiam  
 inter se pugnant? Huc itaque suos  
 mittat potius Principes: hinc quæ do-  
 ctrina cũ verbo Dei consentiat, quæ  
 ue cum illo pugnet, doceri velint. Nã  
 sicut in ministrorum suorum conuen-  
 ticulis,

AD DVCEM HEN. BRVN.

ticulis, siue, vt ipsi vocant, colloquijs  
iam experimento didicerunt, quòd  
miscuit Deus in medio eorum spiritũ  
vertiginis, vt errare facerent Aegy-  
ptum in omni opere suo: ita præsetem  
hic adesse Spiritus sancti gratiam co-  
gnoscent. Non erit hic Deus ille dis-  
sensionis, qui regnat in his locis, vbi  
suaue Christi iugum, per ministrum  
suum Pontificem Ecclesiam guber-  
nantis, excussum est: sed erit Deus pa-  
cis & dilectionis, qui faciet vtraque  
vnum, & per diuersitatem linguarũ  
cunctarum, gentes in vnitatem fidei  
cõgregabit. Quod vt ita eueniat, sup-  
plices misericordiam illius implora-  
bimus. Hæc ego propterea pluribus  
Illustitati vestrae scribenda putavi,  
vt si visum illi fuerit, communicet cũ  
Illustrissimo Principe Domino Ioa-  
chimo Electore Brandenburgensi, qui

D nona

non alienus à nobis esse videtur: Quo  
 nomine Illustritatem illius plurimum  
 obseruo: præcipuè cùm & ipse, sere-  
 missimi Regis & Domini mei sororè  
 in matrimonio habeat, quam constan-  
 ter in fide Catholica perseuerare, nō  
 sine magna animi mei voluptate au-  
 dio. Sed quòd ab ea defecisse, & in a-  
 liud nescio quod Euangelium trans-  
 latus esse dicitur filius eius, Illustris-  
 simus Dominus Archiepiscopus Mag-  
 deburgensis, ingentem ex eo dolo-  
 rem accipio, neque possum tamen ad-  
 huc animum inducere, vt credam fa-  
 ctum id ab eo fuisse. Quæso Illustrita-  
 tem vestrã, velit ea de re me certiorè  
 reddere, & apud quoscunq; Germa-  
 niæ Principes aliquid autoritate va-  
 let, præcipuè verò apud affinè suū Illu-  
 strissimū Dominū Marchionē Electro-  
 rem, efficere conetur, vt suos huc Ora-  
 tores

AD DUCEM HEN. BRVN.

tores primo quoque tempore mittat.  
Nam quòd ipsa factura sit hoc Illu-  
stritas vestra, omni prorsus cuncta-  
tione semota, mihi quidem dubium  
non est. Præclarè merebitur de ma-  
tre sua Ecclesia, si quàm plurimos in  
eandem voluntatē impulerit, & cum  
apud homines laudem, tum apud Deū  
ingentem ex eo gratiam cōsequetur.  
Qui vt Illustritatem vestram pro Ec-  
clesiæ suæ defensione quamdiutiss-  
mè seruet incolumem & felicem, di-  
uinam illius maiestatem supplex oro,  
meque gratiæ illius commendo. Da-  
tum Tridenti X Xiiij die Martij,  
Anno Domini. M. D. LXII.

Illustritatis vestræ  
Seruitor deditissimus,  
Stanislaus, Card. Varmien.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

AD REGEM,

PROCERES, EQVITES.

QVE POLONOS, IN COMITIIS

Varshauiensibus congre

gatos, Epistola

Martini Cro-

meri.

D 3



AD REGEM

DE GREG. LOVITZ  
DE POLONIA IN COMITIB

Verbaniondus conatus

gatos, Epistola

Munitione

1701

23

AD REGEM, PROCERES, EQUITESQUE  
Polonos, in Comitibus Vars-  
haviensibus con-  
gregatos, Epi-  
stola.



*REM* Virtute vestra  
dignam, & moribus  
maiorum vestrorum  
consentaneam facitis  
*REX* inclyte, & vos  
Proceres Equitesque Poloni, quòd  
vobis religionem Dei opt. max. cuius  
ope regnũ hoc septum barbaris genti-  
bus tam diũ stat incolume, in primis  
curæ esse ostenditis. Quia in re quan-  
tum extiterit semper studium maio-  
rũ vestrarũ dicerẽ, si vos ignorare ex-  
istimarẽ. Ex eo quidem tempore, quo  
ij Christo *IESV* Deo & seruatori  
D 4      nostro

## EPISTOLA

nostro populariter nomina dedere,  
 eiusque sanctissimas leges atque cære-  
 monias à multis alijs populis longè  
 antè susceptas, & eius ipsius numine  
 per continuam multorum seculorum  
 successionē ab ipsis vsque Apostolo-  
 rum temporibus conseruatas, sibi que  
 ad extremum, cum DEO placuit, nō  
 tam scriptis, quā viuis vocibus qua-  
 si per manus traditas suscepere: ex eo  
 inquam, tempore dimoueri se ab ijs  
 nunquā passi sunt. Quarum alias  
 quasdam gentes minū tenaces fuisse  
 non ignoramus. Quò verò cæteris  
 quoque hominibus testatius facerent  
 illi ipsi maiores nostri, omnia pro reti-  
 nenda ac defendenda, quam semel sus-  
 cepissent, religione se facere & pati  
 paratos esse, stringere ij gladios, qui-  
 bus p̄cingebantur, cū Euangeliū quæ  
 lex Christi est, publicè in templis legi

inciperet, soliti esse memorantur. Nec  
 id signis & verbis profitebantur ma-  
 gis, quam re præstabant. Ultrò enim  
 & alacres arma sumebant cōtra bar-  
 baras gentes, sicubi eas, quamuis lon-  
 gè à se, nomini Christiano graues &  
 infestas imminere senserant. Itaque  
 & cum Prussis atque Lithuanis &  
 consanguineis suis Pomeranis olim,  
 priusquam eæ gentes Christo nomina  
 dedere, multa gesserunt bella, non tã  
 de imperio, quam de religione: & re-  
 gnante apud se Vladislao Jagellone,  
 cum Vitoudo Lithuanorum duce in  
 intimam Tartariam expeditionem  
 susceperunt. Et verò eodem Jagello-  
 ne & filijs eius Vladislao & Cazimi-  
 ro regnantibus, non modò in Vala-  
 chiam, & ad Brailoniam Danubium-  
 que, verùm etiam in Thraciam vsque  
 armati contra Turcas penetrarunt,

## EPISTOLA

ut Valachis, Rascijs, Bulgaris atque  
 Græcis laborantibus subuenirent.  
 Quid igitur? An vos degenerastis ab  
 hac virtute maiorū vestrorū? Minimè  
 verò. Nā ut mittā recentiores quasdā  
 expeditiones in Vngariam & Au-  
 striam, regnante nuper optimi & be-  
 nignissimi huius regis patre diuo Si-  
 gismundo, à vobis eodem studio &  
 voluntate susceptas, istud certè stu-  
 dium vestrū, quo sanctissima Christi  
 instituta, infelici hac nostra atque e-  
 tiam superiori etate cupidorum &  
 ambitiosorum hominum partim incu-  
 ria, partim improbo studio vel conta-  
 minata, vel suppressa vindicare cupi-  
 tis, (Neque enim cum ijs sentio, qui  
 vel odio, vel inuidia, vel ambitione  
 cuiusq̃, & potentiae authoritatisque  
 cōtentione hac agi suspiciātur: ) istud  
 igitur studium vestrū eò maioris est  
 pie-

pietatis, quò magis pñciosa sunt reli-  
 gionib. praua & impia dogmata, q̄ ar-  
 ma; ppter eà quòd hæc qdē corpus mo-  
 dò petūt, in animū, in quo sita est reli-  
 gio, nihil iuris habēt: illa verò rectas  
 de Deo deq̄ cultu ac cæremonijs eius  
 opiniones, quæ Resp. quoq̄ maximè cō-  
 seruant, tollunt ex animis, & pro ijs  
 barbaricam quandam feritatem in-  
 generant: qua fit, vt relaxatis semel  
 audaciæ ac temeritatis habenis, sibi  
 quisque placeat, alterum non modò  
 contemnat damnetq̄ue, verumetiam  
 pro inimico & hoste ducat. Atq; hinc  
 existunt feralia inter homines dissi-  
 dia, quæ florētissimas etiam Respub.  
 pessundant penitūs, & euertunt lon-  
 gè faciliūs, quàm arma hostilia. Quod  
 & pluribus verbis, & non obscuris  
 exemplis demōstrari possēt, nisi esset  
 luce meridiana clarius. Iam verò si-

## EPISTOLA

cut vtilius, ita difficilius est radica-  
 tas in animis multorum opiniones,  
 pestilentes præsertim, eradicare, quæ  
 hostem non modò ab alienis, verume-  
 tiam à suis finibus arcere. Est igitur  
 si non superior, certè par pietas ista  
 vestra pietati maiorum vestrorum.  
 Videte modò etiam atque etiam, ne  
 cui falso pietatis prætextu impona-  
 tur, neu quis pro vera religione, pestè  
 religionis & Reipublicæ, superstitionem  
 vel impietatem asserendam &  
 vindicandam suscipiat. Quod quidem  
 iudicium, tot ac tam diuersis & inter  
 se pugnantibus de religione opinionibus,  
 longè est difficillimū. Fallit enim  
 (vt rectè inquit sapiens quidam) vi-  
 tium specie virtutis & umbra, ita vt  
 plurimi, cum ad religionis dogmata  
 & instituta disceptanda ventum est,  
 errare, non pauci scientes volentesque  
 falsa

MARTINI CROMERI.

falsa pro veris affirmare, & ad augē-  
 das vel stabiliendas opes suas, tēgen-  
 das uē turpes cupiditates & flagitia  
 sua sanctissimo religionis nomine a-  
 pud imperitam multitudinem facile  
 abuti possint. Vt enim naturā omniū  
 hominum quamuis ferorum & bar-  
 barorum mentibus quidam de diuino  
 numine, eiusque cultu sensus insitus  
 est, ita certam & absolutam eius cog-  
 nitionem assequi eae per seipsae ne-  
 queunt. Idque intelligens Deus opt.  
 max. ipse caelitus certissimam sui no-  
 titiam cultumque primū quidem  
 angelorum ministerio, vel secretiore  
 quadam piorum & sibi charorum ho-  
 minum inspiratione: deinde verò per  
 filium suum sapientia, bonitate, & po-  
 testate sibi parem in vno ferè populo  
 informauit: Ad extremum verò per  
 discipulos eius, eorumque successores,

non



non modò pietate & integritate vitæ  
 conspicuos, verumetiam mirabilium,  
 & vires humanas excedentium ope-  
 rum patratores per omnes gentes at-  
 que ætates, totumque orbem terrarū,  
 nequicquam aduersantibus impijs  
 dæmonibus, mirabiliter eam diffudit  
 & propagauit. Et sedulò quidem co-  
 nati sunt inuidi dæmones cū ipsi per  
 se, tum per satellites & ministros  
 suos tyrannos errorumque magistros,  
 vel delere penitùs ex animis hominū  
 illam ipsam notitiam cultumque Dei,  
 vel deprauare: sepeque; ij conatus per-  
 missu & arcano quodam consilio Dei  
 nonnullum successum habuere. Nam  
 & ipse Satanæ, transformans se in  
 angelum lucis, vt inquit D. Paulus,  
 sepe multos in impias & absurdas de  
 Deo opiniones induxit, vel cultum  
 eius ad se traduxit, nefandis ue reti-  
 bus

bus & cæremonijs polluit, & mini-  
 stri eius falsi Prophetæ, & magistri  
 mendaces sub specie ministrorum iu-  
 stitiæ & veritatis fallentes, multos  
 seduxerūt, partim derogando fidem  
 veræ ac diuinitus proditæ doctrinæ:  
 partim nouis ac domi suæ natis inter-  
 pretationibus eam deprauando, &  
 sua dæmonum uel commenta pro ipsis-  
 simo DEI verbo venditando. Itaque  
 & in Hebræo populo fuerunt olim,  
 qui dicerent: Hæc dicit Dominus, cū Ezech. 13.  
 ille eos non mitteret, & in Christiano  
 ipsa, quæ mentiri non potest, Veritas Mat. 24.  
 prædixit, multos in suo nomine ven- Marc. 13.  
 turos esse, dicturosque: Ego sum Chri-  
 stus: aut, Ecce hic, vel illic est Chri-  
 stus: & multos ab eis seductum iri.  
 Quod quidem re ipsa etiam impletum  
 esse nemini dubiū est. Iam inde enim  
 à temporibus Apostolorum fuere in-  
 ter

## EPISTOLA

ter Christianos Hymenæus, Alexander, Menander, Ebion, Cherintus, ac deinde alij post alios magistri mendaces, segregantes semetipsos, introducētes sectas pditionis, & speciē quidē pietatis habentes, virtutem autē eius abnegantes. Ne modò quidem desunt cūm alibi, tum apud nos eiusmodi pestes: habentque suos satellites tyrānicos, homines mente corruptos, qui ceteros minis, mulctis, ac supplicijs vel inuitos à vera pietate in errorem secum abstrahunt, nonnulli quidem arbitrantes obsequium se præstare Deo, complures verò idem duntaxat simulantes, sed suum interim negotiū agentes veriùs, quam Dei. Quod quidem non tenui quadam coniectura, sed ipsa rei euidentia probari potest. Sed ego ita nūc agā, vt quasi in re dubia à qua parte stet veritas & pietas suum,

MARTINI CROMERI.

suum cuique de omnibus iudicium saluum relinquam. Certè nō idem omnes nunc sentiunt de doctrina, institutis & ritibus religiōis. Nō cōuenit, vt scitis, multis magnisq; de rebus inter eos qui se Euangelicos vocant, & qui Papistæ appellatur. Inter eos autē, q; volūt esse medijs, & ipsi ab vtrisq; dissentiunt, & in vtrisque multa damnant. Quid verò isti ipsi Euangelici, quem admodum videri volunt, verbi Dei siue illustratores, siue vindices? Idēne omnes sentiunt? Minimè gentium. Alioqui vnde quæsonata sunt nobis tam diuersa nomina, quibus illi inter se distinguuntur, vt alij quidem dici velint Protestantes vel Augustanæ confessionis, alij Tigurinæ, siue Geneuensis, quos etiam Zuinglianos & Calvinianos & Sacramentarios appellant: alij Picardi, Anabaptistæ

E alij

alij vocitentur? Vnde autem est, quòd  
 quidam quasi fastidientes iam hæc  
 vulgaria, partim Osiandri, partim  
 Serueti doctrina & nomine glorian-  
 tur? Mitto Russos, siue Bulgaros, &  
 Boëmos Calixtinos: qui quàm valdè  
 dissentiant ab ijs, quos iam enumera-  
 ui, non dico modò, certè ipsi sese ab  
 omnibus segregant, & penes se solos  
 veram & incorruptam religionem  
 vigere contendunt: à cæteris autem  
 ferè improbantur. Sunt & alij præte-  
 reà, nisi fallor, neque cum superiori-  
 bus, neq; inter se ipsi de rebus nò par-  
 ui momēti cōsētiētes, sed nobis adhuc  
 minuscogniti. Et oēs quidē hi verbo  
 Dei se niti p̄ se ferūt & asseuerāt, sed  
 nō eodē id modo omnes intelligunt,  
 aut interpretantur: Verùm sua quis-  
 que vel à se excogitata, vel vndelibet  
 arrepta opinione impensuū delecta-

tus,

tus, alterius sensum vix, ac ne vix  
 quidem fortasse cognitum, non tam  
 superciliosè, quàm hostiliter damnat.  
 Atque hinc sanè existunt vulgò ne-  
 glectus & profanationes cultus diui-  
 ni, cum diuini nominis contumelia cõ-  
 iunctæ, exultantibus & insultanti-  
 bus nobis atque religioni Christianæ,  
 quasi falsæ vel incertæ duntaxat, lu-  
 daeis & Mahometanis. Hinc offen-  
 siones mutuae & iritationes animo-  
 rum, non solùm inter ciues, & eiusdẽ  
 linguae eiusdemque iuris homines, ve-  
 rumetiam inter cognatos & necessa-  
 rios, citò in extremum florentissimi  
 huius regni exitium, quod ipsi vos nõ  
 obscure cernitis, erupturæ, nisi celeri-  
 ter Deus opt. max. & tua, Rex cle-  
 mentissime, ac vestra pariter Proce-  
 res Equitesque sapientia salutarem  
 opem attulerit. Quid igitur factò o-

pus est? Vos quidem id rectè sapienti  
 consilio vestro expedietis: dicam ta-  
 men & ego quod sentio: & dicam ve-  
 rè, & ex animo, pro mea in communè  
 patriam fide & officio: vos quaeso be-  
 nignè ac diligenter attēdite. Si de le-  
 gibus & institutis Reipub. vestra hæc  
 esset controuersia, rationibus & ar-  
 gumentis non cui libet, sed ijs modò,  
 qui in hac Reipub. multum diuque ver-  
 sati sunt, inter ipsos contendendum  
 ac disceptandum esse censerem autho-  
 re Platone clarissimo philosopho,  
 quænam esset recta, & moribus ma-  
 iorum virorum consentanea, & vo-  
 bis, liberis posterisque vestris ac toti  
 Reip. salutaris sentētia: eāq; cum ve-  
 stris omnium iudicijs & assensu pu-  
 blico esset comprobata, grauibus pœ-  
 nis à vobis sancendam esse iudicārē.  
 Quòd si quis communi placito vestro  
 teme-

temerè aduersaretur, intelligitis opinor, quæ ibi vestræ, quæ magistratuū essent partes. Quin si ego, aut quispiā alius videri vellet indulgētior, meritò metuere deberet, ne laxanda disciplina publica ad perniciem Reipub. hoc eius consilium spectare aliquatenus existimaretur, ne ue pro populari præuaricator, pro leni legum patriæque hostis iudicaretur. Quamobrem quia penes vos est omne legum & institutorum ad hanc Rempub. pertinentium arbitrium, vos quæ huic regno vtilia & salutaria esse iudicatis, prouidere, in commune consulere & statuere conuenit: me mei que similes non modò priuatos homines, verum etiam magistratus publicos, capefferre iussa ac decreta vestra, non meo, priuatiue cuiusquam vel paucorum commodo & arbitrio mutare, aut in-



*dulgenter præterire decet, ne si publi-  
 cè quidem vtile id fore videretur: pro-  
 ptereà quòd nunquàm tantum boni  
 Reipublicæ conciliari potest vnius  
 alicuius paucorumue salute, quàm  
 conflatur mali, si principis & populi  
 maiestas iminuat, legumque autho-  
 ritas ac disciplina publica labefacte-  
 tur & elanguescat. Etenim utilitas  
 indulgentiæ etiam si in plures redun-  
 det, ad vnum quidè tempus pertinet,  
 exemplum verò præuaricationis non  
 modò ad multos homines, sed ad om-  
 nes leges, & omne tempus. Itaque  
 de Zaleuco, Lycurgo. L. Bruto,  
 Manlio Torquato, & alijs quibusdam  
 Græcis, Latinis atque barbaris le-  
 gumlatoribus, aut alioqui principi-  
 bus & sapientibus viris cum sempi-  
 terna eorum laude memoratur, quòd  
 ij disciplinam publicam partim cha-  
 rissi-*

rissimorum liberorum suorum cædi-  
 bus, partim etiam membrorum suo-  
 rû mutilatiõe exilioq; suo sanxerût,  
 pluris facientes stabilimētum legum  
 quo Rerumpu. salus continetur, quàm  
 ea, quæ mortales in hac vita ducunt  
 charissima. Sed quorsùm hæc tam  
 longè repetita? Nempe vt intelliga-  
 tis, quod tamen per vos ipsi probè in-  
 telligitis, quæ vestræ omnium, quæ-  
 ue priuati alicuius vel paucorum es-  
 sent partes, si de ijs rebus esset con-  
 trouersia, quæ peculiariter ad Rem-  
 publ. vestram pertinent. Quid igi-  
 tur, cum de religione eiusque ritibus  
 ac cæremonijs disceptatur, idem ne  
 existimandum est? Equidem si his de  
 rebus, sicut de illis superioribus, pla-  
 cita vniuscuiusque populi propria es-  
 se debere, aut omninò posse arbitra-  
 rer, idem de his, quod de illis, vobis

## EPISTOLA

*faciendum esse censerem. Sed alia longè est religionis, alia Reipub. ratio. Hæc sua est cuique genti, illa multis, atque adeò toti terrarum orbi communis. Illa ab hominibus constituitur, hominumque iudicio diuersis proratione temporum legibus & institutis temperatur: hæc verò diuinitus constituta certas habet leges & immobiles, quas nulli neque homini, neque populo, ac ne omnibus quidem simul abrogare, antiquare aut mutare licet. Quod si quis conetur modò merito impius & sacrilegus habeatur. An non faciunt hoc igitur Pontifices & Episcopi, dicet aliquis? Negant illi, tu ais. Quis igitur controuersiam hanc dirimet? Verbum Dei, inquires. Reclè sanè. Vnde autem id petes? Cœlitus? At procul cælum abest. Reuelationem ostende si potes,*

potes, verum ita, vt nobis certum sit, eam diuinam esse. Ab authore Christo? At is iam pridem inter mortales loqui desijt. E scriptis propheticis, Euangelicis, & Apostolicis? Non malè, quamuis non è solis fortasse, sed mitto id modò. Caterum scriptorum illorum genuinus sensus & interpretatio, de qua est omnis ferè controuersia, penes quem erit? Non penes Episcopos quidem, inquires. Cur obsecro magis penes te, tuique similes? At penes hos omnes. Vnde id probas? Videris habere aliquid è sacris scripturis. Sed in easdem salebras nostra relabetur sermocinatio. Nega bo enim ego eum esse, quem tu vis, illarum scripturarum sensum. Negas tu vicissim vllam esse in sensu earum precipiendo difficultatem. Cur igitur non conuenit inter nos? Cur non

## EPISTOLA

olim inter Arium & Athanasium,  
Eunomium & Basilium, Iovinianum  
& Hieronymum, Donatistas & Au-  
gustinum? Cur autem scribit Petrus  
de Pauli epistolis, quod in ijs sunt  
quædam difficilia intellectu, quæ in-  
docti & instabiles deprauant, sicut  
& ceteras scripturas, in suam ipso-  
rum perditionem? Sed mitto disputat-  
torem. Ad te R E X & vos Proce-  
res, Equitesque sapientissimi redeo.  
Nullæne igitur vestrae sunt partes  
in componendo religionis dissidio?  
Sunt profectò, & magnæ quidem.  
Sed tamen non arbitrandi & statu-  
endi, quid sequi quemque oporteat,  
ac ne illud quidem, quæ sit de quaque  
re cõgruentior verbo Dei sententia.  
De quibus duobus illud quidem iam  
dixi, nec vos aliter existimatis, ne  
omnium quidem populorum, nedum  
vnius

MARTINI CROMERI.

vnius alicuius esse: hoc verò cuius-  
 nam sit, nondum dico. Sed vt sit vni-  
 uersi cœtus Christiani, quod quidam  
 contendunt, vos certè, quamuis non  
 viles animæ, vt quidam fortassis ex-  
 terni putant, nec in angustissimo &  
 obscurissimo angulo terræ positi, soli  
 tamen Germanis, Vngaris, Boëmis,  
 Gallis, Anglis, Scotis, Hispanis,  
 Græcis, Armenis, Moschis, Indis,  
 Aethiopibus, & fortassè multis alijs  
 nationibus & populis Christianis  
 præiudicare in eo non potestis, vt vel  
 hic, vel in nationali, quod ita vocant,  
 Concilio statuatis, hoc esse consenta-  
 neum verbo Dei, hoc non esse. Quota  
 enim pars Christianorum nos Polo-  
 ni sumus? Addam etiam Prussos, Li-  
 thuanos, Russosque, si lubet. Alioqui  
 iure illi populi, quos dudum enume-  
 ravi, vobiscum expostularent, sicut  
 D. Pau-

D. Paulus Apostolus cum Corinthijs:

1. Cor. 14. An à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos peruenit? Taceo ceteram fratrum vestrorum Equitum honestissimorum, qui hinc absunt, multitudinem. Mitto mulieres, mitto etiam opificum turbam, & omninò oppidanos & aratores & pastores vestros: qui licet nullam huius Reipub. partem capeffant, ceterum quod ad religionem attinet, sciunt in Christo Iesu non esse Iudæum, neque Græcū, non seruum, neque liberum, non masculum, neque fœminam, sed omnes nos vnum esse. Nec vos ignoratis, stulta mundi elegisse Deum, vt confunderet sapientes: infirma, vt confunderet fortia: ignobilia & contemptibilia, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret. Ne his quidem igitur præiudicare hac in parte debe-

debetis, etiam si possitis. Quod si facere pergitis, cur non itidem vestro exemplo Srodensis vel Prossouien-  
 sis, aut si mauultis, totius Masouie generalis conuentus (quos honoris causa nomino) vobis vniuersis ac totius Regni comitijs in constituenda  
 Repub. præiudicet, legesque condat, quibus cuncti teneamini? aut à suis & vestris maioribus, quamlibet rudibus & rerum imperitis, vt isti nouatores diçtitant, cõditas arbitratu suo mutet vel interpretetur? Aut si numerum spectatis, cur non oppidani & agricolæ vestri ex vniuerso Regno coeuntes id ipsum faciant? Quales quidem fructus, prob dolor, istud, quod à nonnullis iactatur, Euãgelium nostra memoria non nusquam germinauit. An hîc satis est multos esse, & non imperitos legum &  
 rerum



## EPISTOLA

rerum humanarum, addo & nobiles, si desit publica & legitima auctoritas? quam quidem vos neque penes Senatum cum Rege, neque penes vniuersum maiorum vel minorum Polonorum conuentum, etiam cum Palatinis ac cæteris magistratibus, extra locum ac tempus comitiarum esse vultis. Cur autem non modò à terrestribus iudicijs, verumetiam à colloquijs ad te REX & ad comitia fiunt prouocationes? Vt enim priuatos præteream, inter quos non desunt iuris & iustitiæ consulti, an non habent iudices & Palatini, qui que his assident magistratus leges & constitutiones Regni? an eas non legunt? an non intelligunt? An, obsecro, facilius est & cuilibet magis obuia rerum cœlestium, sacrorumque mysteriorum, quæ verbo Dei continentur,

ac mentium, nedum sensuum huma-  
 norum captum excedunt, intelligen-  
 tia, quàm de iure villagiorum, ut ver-  
 bis statuti vestri utar, scultetorum,  
 Golotaram, fugitiui cmetonis, ac cæ-  
 terarum omnium legum vestrarum  
 cognitio? aut magis cuiusquam refert  
 in his, quàm in illis falli & errare?  
 At id quidem vel lippis, quod aiunt,  
 ac tonsoribus notum est, hic exiguum  
 quiddam agelli vel fortunarum, vel  
 iuris personalis, vel denique vitam  
 hanc fluxam & momentaneam, illic  
 animarum aeternam salutem & bea-  
 titudinem periclitari: hæc non tam  
 cogitatione, quàm sensu cuiusvis per-  
 cipi, illa si humana aut angelica men-  
 te comprehendi potuissent, non fuis-  
 se necesse Deum hominis naturam  
 assumere, doctoremque veræ iusti-  
 tiæ, quæ religione cultuque Dei ma-  
 ximè

## EPISTOLA

ximè continetur, nobis fieri. Ac nihil  
 ille quidem vsquam scriptum reli-  
 quit: verbis modò enarrauit, quæ vo-  
 luit, idque partim promiscuæ multi-  
 tudini, partim delectis à se Aposto-  
 lis: quibus ait solis datum esse nosse  
 mysteria regni Dei. Et tamen nec ij  
 omnia (ne dicam nihil, quod certè ali-  
 cubi Euangelista quidam dicere non  
 veretur) tunc intellexerunt, donec ipse  
 met eis aperuit sēsū, ac Spiritu sãcto  
 eos impleuit. Quo magistro illi demũ  
 & intellexerunt oĩa, & cæteris hoĩbus  
 partĩ viuã voce, partim literis pdide-  
 runt. Sed ita utrũq; fecerunt, vt ad eorũ  
 dicta scripta que penitus percipiendã  
 eodem nihilominus interprete Spiri-  
 tu sanãto nobis quoque opus sit: nisi  
 2. Petri. 1. fortè non dico vnus ex ijs D. Petri  
 Ioan. 14. scriptis, sed communis omnium illo-  
 rum iuxtã ac nostrũm præceptoris  
 verũ

verbis fidem non habemus. At enim  
 putamus, inquietis, quòd & nos spi- <sup>1. Cor. 7.</sup>  
 ritum Dei habeamus. Sit ita sanè: <sup>1. Cor. 14</sup>

Verùm is, cùm & ipse sit DEVS,  
 non est dissensionis, sed pacis Deus. <sup>Gal. 5.</sup>

Contemnere autem aliorum iudicia,  
 in re præsertim communi, & ad  
 omnes ex æquo pertinente, non pa-  
 cis est, verùm dissensionis: quæ ex  
 DEO non est, sed ex Diabolo, &  
 inter opera carnis, quorum author  
 & effector est diabolus, à D. Pau-  
 lo nominatur. Quid autem fiet, si  
 ijsdem de rebus diuersum à vobis  
 apud se statuunt vicini vestri Ger-  
 mani? quod quidem non semel his  
 paucis annis fecerunt, cùm à vobis  
 & ab alijs populis, tum à se ipsi di-  
 uersa statuentes. Quid si Galli aut  
 Hispani idem faciant? Quid si vni-  
 uersi Christiani populi? Scilicet

## EPISTOLA

præponderabunt vestra omnium il-  
 lorum iudicijs, aut desinet esse ver-  
 bum DEI, quod vobis fuit antea.  
 Verum enimverò, inquiunt qui-  
 dam, non erit hæc nobis cum quo-  
 quam causa dissidij. Nam si quid ab  
 vniuerso Christianorum cœtu in cõ-  
 mune statuetur postea, illud seque-  
 mur potiùs, repudiata priore nostra  
 sententia: interim autem dum id  
 fit, suo quisque, nos etiam nostro  
 sensu abundemus, & aliquid homi-  
 num desiderijs indulgeamus, quò  
 eos in cæteris concordēs in officio  
 contineamus. Præclarè verò & sa-  
 pienter. At quàm multa fuerint hæc  
 vna in re peccata? Primum omnium  
 (ignoscite quæso in libera Republ.  
 liberè in medium consulenti) arro-  
 gantia, ne dicam temeritas, in sta-  
 tuendo ijs de rebus, quæ si non alie-  
 ni,

MARTINI CROMERI.

ni, certè nō solius vestri officij sunt,  
 & iam pridem maturo longè plu-  
 rium iudicio constitutæ sunt, &  
 non vestro tantum, aut vnius alicu-  
 ius & alterius populi, sed multo-  
 rum, ne dicam omnium, publico &  
 longo vsu approbatæ. Deinde vel  
 pertinacia in retinendo contra sen-  
 tentiam aliarum gentium, vel certè  
 leuitas in mutando, quod semel pla-  
 cuerit. Postremò frustratio eius,  
 quem præ vobis fertis, euentus con-  
 siliij vestri, atque adeò longè diuer-  
 sus & contrarius exitus. Quæ e-  
 nim benevolentia aut concordia po-  
 test esse inter eos, qui non de leui a-  
 liqua re, sed de maximis, quamuis  
 liberè & sine vllō metu, dissentire  
 se arbitrantur? Religio est enim,  
 quæ animos hominum non solùm  
 cum DEO, sed inter ipsos etiam

inprimis consociat & religat. Quae  
 ubi non eadem est, dissociat ea ma-  
 ximè dissidentium voluntates &  
 studia, tantùm abest, vt consociet.  
 Possèm hîc disertus esse, si illustra-  
 re hoc exemplis cùm veteribus,  
 tum recentioribus vellem. Demon-  
 strarem sanè ex huiusmodi dissen-  
 sionibus, non dico de summa religio-  
 nis, verùm de vno aliquo aut altero  
 eius capite, nec eo quidem grauissi-  
 mo aut euidentissimo, perniciofa  
 dissidia & capitalia odia cùm in-  
 ter diuersas gentes, tum inter eius-  
 dem linguæ, Reipub. ciuitatis, fa-  
 milia, domusque homines sæpè ex-  
 titisse, & vix multo sanguine, mul-  
 torumque, ne dicam vniuersorum,  
 interitu restincta esse. Commemo-  
 rarem ea tempora, quibus furor  
 Arianorum in Aegypto & Orien-  
 te,

te, Manichæorum atque Donatistarum in Africa, Monothelitharum & Iconomachorum in Græcia, No-  
 uatianorum ijsdem & alijs in locis, Rusticorum nuper auctoribus Lu-  
 thero, Munzero, Carolstadio & Zuinglio, in Germania grassatus  
 est. Adderem de Russis nonnihil. Sed non est necesse diutiùs his im-  
 morari. Nolite autem putare sta-  
 tim sedaturos vos esse inquieta in-  
 genia, si quid eis paululum conces-  
 seritis aut indulseritis, accendetis  
 magis: nec ea modò, quæ iam tumul-  
 tuantur, sed quæ adhuc quiescunt  
 etiam: nec modò vt quæ iam concu-  
 pierunt obtineant, sed quæ præterea  
 videbuntur, quoties libebit, si non  
 impetrabunt, vt frustra aduersan-  
 tibus vobis extorqueant. Quis enim  
 statuet modum laxatæ semel licen-



tia? Cur autem non contendant, aut  
 cur non ipsi sibi sumant quicquid  
 collibuerit, recenti exemplo inuita-  
 ti, cum vos ipsis quædam nullo ex-  
 emplo concesseritis? Quæ enim  
 gens, quæ natio, Christiana duntaxat  
 rectè que de, religione sentiens,  
 vnquam sibi sumpsit dogmatum &  
 rituum Ecclesiasticorum commu-  
 tandorum arbitrium? Sumpsere  
 quodam tempore nonnullæ infectæ  
 prauis opinionibus, eodem siue præ-  
 textu, siue consilio, pacandorum vi-  
 delicet animorum, componenda-  
 rumque dissensionum inter homi-  
 nes. Nec tamen id sine Episcoporum  
 authoritate, quàm in religio-  
 nis negotio plurimum valere intel-  
 ligebant, nec isti Euangelici hodiè  
 diffitentur. Quale fuit, cum propter  
 ὁμοῦσιον, hoc est, consubstantiale, si-  
 cut

cut verterunt Latini theologi, totus ferè tumultuaretur orbis terrarum, malebant nonnulli principes & populi authoribus Episcopis pro homousio homœousion, hoc est, æquisubstantiale, vt ita dicam, contentiosis hominibus concedere, quã de vno, (vt videbatur) verbo non magis verbis quàm armis digladiari: Aut cum Boëmi Hussò in centore efferati, diuina & humana omnia sursum ac deorsum miscerent, vsurparunt ij quidem vulgò, adstipulante Rochesana Pseudarchiepiscopo suo, sacrum calicem, quod inusitatum fuerat superioribus aliquot seculis, & indulserunt eis, qui Basileæ ad Concilium congregati erant Episcopi, cum Boëmi in eo acquieturi, in cæterisque concordēs & in officio fu-

turi esse viderentur. Quid igitur? Conquieuerunt ne tunc ea indulgentia motus illi vel apud Boëmos, vel apud Græcos? Imò efferbuerunt magis, exultantibus nouatoribus, se aliquid quasi iniuste à maioribus suppressum aut interuersum, vi veritatis expressisse, & in cæteris etiam institutis maiore deinceps confidentia damnantibus Ecclesiam Catholicam, quæ se ipsa iam in quibusdam damnasse videretur. Nam qui modus vel hæreseon, vel turbarum ac tumultuum postea fuit apud utrosque: Non ne Eunomiani, Aëriani, Macedoniani, Luciferiani, Nestoriani, Græciam totumq; Orientem postea miserè exercuere: Non ne Thaboritarum & Orphanorum, & Picardorum, & Adamitarum, & nescio quorum non monstro-

strorum furor apud Boëmos postea magis exarsit, ita ut ne calicis quidem communitio quenquam ab eorum iniurijs, cædibus atque direptionibus, aut regnum ab ædium publicarum & sacrarum, arcium, oppidorumque vastationibus & incendijs vindicaret? Hodieque Boëmi (de ijs dico, qui se à veteris Ecclesiæ societate & institutis præciderunt) calicem quidem mordicè retinent, ceterùm de præiudicatis opinionibus nihil remittunt, ac ne ea quidem præstant, quæ receperant: & quanquam suis ipsi viribus confecti, torpent magis quàm quiescunt, non idem tamen omnes sentiunt: & qui dissident opinionibus, odijs quoque implacabilibus inter se nihilominus certant. Quid autem aliud nobis quoque expectan-

## EPISTOLA

dum est, si quid nouarū rerum cupi-  
 dis indulgendū esse duxeritis? Quid  
 autem eis indulgebitis? Calicem? At  
 quā multi negāt eo sanguinē Chri-  
 sti contineri? quam multi (horreo di-  
 cere) calicē dæmoniorū eum esse au-  
 tumāt, nosq̄, qui verū ex eo Christi  
 Dei & hominis sanguinē potari p-  
 fitemur, nō solūm stultitiæ aut insa-  
 niæ, sed idololatriæ prorsus dānare  
 nō verentur? Sacra vernacula? At  
 q̄ multi sunt, qui hæc quoq̄ contem-  
 nūt, imò execrantur, & id magis cō-  
 tendunt, vt nulla sint omninò sacra?  
 Vxores sacerdotibus? At illi partim  
 tollūt sacerdotiū, seq̄, oēs vnacū mu-  
 lierculis & pueris ex æquo sacerdo-  
 tes esse asseuerāt: partim referre sua  
 negant, cœlibes ne sint, an mariti sa-  
 cerdotes. Ecquid Germani Principes  
 cū Christianissimo Imperatore  
 Carolo

MARTINI CROMERI.

Carolo eiusdem modi indulgentia,  
 quod Interim vulgò vocant, in Ger-  
 mania profecerunt? Ecquid accep-  
 tarunt id, quibus dabatur? Ecquid  
 in cæteris conquieuerunt? Cur autē  
 si ista vos quibusdam indulgetis, nō  
 eodem exemplo Stancarianis etiā  
 promiscua, quamuis leui de causa,  
 diuortia, & noua, quoties collibue-  
 rit, prioribus solutis matrimonia,  
 Osiandrinis derogationem meriti sa-  
 cro sancti sanguinis Christi, Caluinia-  
 nis & Sacramētarijs sacramēti eius,  
 quod est omniū p̄cipuū & saluberr-  
 mū, sanctissimi, inq̄, corporis & san-  
 guinis Christi p̄sanationē. Seruetia-  
 nis maiestatis atq; diuinitatis Chri-  
 sti filij Dei & Spiritus s̄cti vel ne-  
 gationē vel iminutionē, & neq; vos,  
 neq; maiores vestros, neq; vllos p̄-  
 sus populos iā inde ab Apostolorū tē-  
 poribus

## EPISTOLA

poribus Christianos fuisse, quibusdam alijs incarnati, vt ita dicam, verbi Dei negationem, Picardis & Anabaptistis non modò iterationē Baptismi. sed & omnium ciuiliū magistratum sublationem, Lutheranis libertatem humani arbitrij tollentibus, omnium scelerum impunitatem & legum solutionem: cur, inquam, his quoque hæc omnia, & si qua præterea contendunt vel deinceps contendunt, pacis & concordie publicæ conseruandæ causa nõ concedatis? Exhorruistis horum cõmemoratione: nec iniuria profectò. Nam quæ maior impietas, aut quæ præsentior pestis Rerumpub. excogitari potuit? Et tamen nihil hîc fingo. Contendunt hæc illi vt quæ maximè, & facilius est licentiæ principium, quàm exitum inuenire. Cur autem

MARTINI CROMERI.

autem vos magis in his, quàm in calice, vxore sacerdotis, & sacris vernaculis religiosi sitis, & maiorum institutis receptisq; antiquitus moribus præiudicare vereamini? Certè his quoq; dogmatibus, non minùs q̄ illis, authoritas verbi Dei prætextitur. Quàm verè, non dico modò: illud dico, Si vos huiusmodi controuersiarum disceptatores, & arbitros eorum institutorum, quæ ad religionem pertinent, semel constitueritis, nō defuturos esse, qui ista quoq; reèta esse, & verbo Dei cōsentanea subtiliter conclusis ratiunculis, adductisq; ac detortis scripturæ sacræ testimonijs, vel inuitis vobis extorqueant. Quod tunc ibi chaos, quæ esset Babylonica Reipub. vestra facies, vestro, quod omē auertat Deus, & liberorum vestrorum sanguine  
 expi-



## EPISTOLA

expianda? An putatis, quæ plus tri-  
 ginta annis Germaniam tam mise-  
 rē diuexans nefanda & impia &  
 inter se pugnancia dogmata, omnia  
 simul extitisse? Erratis, si ita existi-  
 matis. A reprehendendo abusu pon-  
 tificiarum indulgētiarum orsus est  
 Lutherus, cū ei pinguis illa offa  
 promulgandarū earū præcepta esset.  
 Non tollebat initio, imò asserebat  
 etiam receptum antiquitus numerū  
 & virtutem sacramentorum, vsum  
 & efficaciam sacrificij Christiani,  
 merita bonorū operum, authoritatē  
 Episcoporum & Pontificis maxi-  
 mi, purgatoriū, curam & preces p̄  
 mortuis: Boëmos propter hæc subla-  
 ta, & p̄pter vulgatum vsum calicis  
 reprehendebat: Vxores non dabat  
 sacerdotibus & monachis, quamuis  
 impurū eorum cœlibatum exagita-  
 ret.

ret. Quæ in scriptis eius deprehendere cuiq; licet. Aliquanto posterius cõtentione & aura populari elatus, nõ hæc modò, sed multa alia Ecclesiæ & Apostolorũ, ne dicam Christi ipsius instituta labefactavit. Quæ ubi viderunt eum secundo populo facere Carolstadius, Munzerus & Zuinglius, maiora ausi studuerunt eum impietate superare, & sectatores eius p̄ religiosulis & Papisticæ hypocriseos vel superstitionis nõ exortibus dānarunt. Postea nullus fuit in ea natione, neq; est etiam nunc impietatis, contentionum, tumultuum, bellorumq; civilium modus & finis. Quid in Boëmia superiori seculo? Statim'ne initio sese omnis effudit impietas, & portentosa illa sectarũ varietas, quæ quamuis coërcita postea à legum seueritate, adhuc tamen  
 multis

## EPISTOLA

multis in locis cernitur? Modica fue-  
 runt, & in speciē æqua & pia Hus-  
 si initia, ab indignitate quadam &  
 odio sacerdotum indignorum eo no-  
 mine honoreq; profecta. Non muta-  
 bat is sacrorum ritus, nō dabat vxo-  
 res sacerdotibus: ne calicem quidem  
 vnquam porrexit populo, qui nunc  
 tātooperè expetitur. Posterius infi-  
 nita illa malorum lerna, & multi-  
 ceps hæreseon hydra magno impe-  
 tu cum summa rerum priuatarum  
 atq; publicarū pturbatiōe inuasit in  
 Boëmiam, eamq; gentem aliquādiū  
 miserè diuexauit. Quid igitur, in-  
 quiet aliquis? Damnas ne tu vsum sa-  
 cri calicis in populo? Ego verò neq;  
 sacerdotum cōiugia, neq; sacra ver-  
 nacula. Sed nego vestrū esse his de  
 rebus statuere, maiorumq; instituta  
 mutare. Cuius nam igitur: Dicerem  
 sacer-

MARTINI CROMERĪ.

sacerdotum, nisi metuerem inuidiam,  
 domoq; allata quorundā p̄iudicia: Et  
 magnos certè, atq; ut ita dicā, irrefra-  
 gables haberem sententiæ huius ad-  
 stipulatores, vel authores potiùs, non  
 modò Malachiã & Mosen, & alios Mala.2.  
 p̄phetas Dei, verū etiam ipsum Dei fi Deut.17.  
 liū & magistrū nostrū Christū Iesum, Mat.23.  
 eiusq; sententiæ peritos in primis atq;  
 tenaces Apostolos, nō vnū & alterū, Act.15.  
 sed simul vniuersos, p̄petuumq; supe-  
 riorum omnium seculorum cōsensum,  
 & si his adiungere fas est, istorum ip-  
 sorum, quos nunc novos veteris scili-  
 cet religiōis magistros multi sequun-  
 tur, indubitatam sententiam: qui &  
 ipsi de sacrarū scripturarū sensu, to-  
 toq; religiōis negotio sacerdotum sive  
 Episcoporū, quos ipsi ministros ver-  
 bi vocant, proprium esse volunt iu-  
 dicium. Sed mitto nunc sacerdotes.

## EPISTOLA

Si totius Ecclesie id est, ut volūt quidam, certē non vnius alicuius duorū-  
 ūe ordinū. sed omnīū (quod ipsi quoq; fateri videntur, necesse qdē habent, si  
 ipsi sibi constare volunt) nō ordinum  
 modò, & sexuum, & ætatum, verum  
 etiā populorum. At enim priusquā  
 omnes, qui Christiano cēsantur nomi-  
 ne, populi cōeant, & has controuer-  
 sias definiant, nos dissensionibus in-  
 testinis peribimus, inquiūt. Meliora,  
 quæso, ominare. Ita'ne amice ex tuo  
 ingenio Deum metiris: Ita'ne facilem  
 & expeditā rationē subueniendi po-  
 pulo suo, quem precioso charissimi fi-  
 lij sui sanguine sibi acquisiuit, excogi-  
 tare eum non potuisse, aut noluisse ar-  
 bitraris: Quin ipse eius filius, ipsissi-  
 ma eius dextera & sapiētia, omnibus  
 diebus vsq; ad cōsumationem seculi se-  
 cum suis fore promisit, ne quis modò  
 ipse

Matt. 28.

ipse sese ab eo subtrahat. Subtrahit  
 aut, quisquis pacem testamento eius <sup>Ioan. 14.</sup>  
 relictam non seruat, rumpitq; mutuam <sup>& 17.</sup>  
 cum cæteris hominibus concordiam  
 & beneuolentiam, quod ille suorum  
 symbolum esse voluit. Quis aut id fa-  
 cit? Inne, qui magistratibus à Deo con-  
 stitutis obsecudat, & receptos à Chri-  
 stianis maioribus suis multorumq; po-  
 pulorum & seculorum cõsensu & vsu  
 approbatos mores & instituta tuen-  
 tur, an q; ea priuata auctoritate, ne di-  
 cã temeritate sua cõuellunt, & multa  
 nouare student? Hi certè dicere de il-  
 lis superioribus reedè nō possūt illud,  
 quod est apud Ioānem in Epistola: E-  
 nobis prodierūt. Illi verò de his nō hoc <sup>1. Ioan. 2.</sup>  
 solum, sed etiam quæ sequuntur: Sed  
 non fuerunt è nobis. Nam si fuissent  
 è nobis omnes, mansissent utique no-  
 biscum. Certè his demum triginta vel

## EPISTOLA

quadraginta annis in Germania Lu-  
 therus, Zuinglius, Munzerus & qui-  
 dam alij segregarūt sese, dānato anti-  
 quissimo Christiani orbis consensu, à  
 quo prius nō dissenserant. Vultis igitur  
 redintegrare inter dissidentes cō-  
 cordiam? Nolite qualescunq; (nihil e-  
 nim nūc refert) sed veteres tamē do-  
 minos ī gratiā, nolo dicere inuasorū,  
 sed litigatorū seu petitorū de posses-  
 sione depellere. Reponite potiūs per  
 vim eiectos, aut retinentes adhuc pos-  
 sessionē defendite, vel tātisper dūta-  
 xat, dum de re tota ab ijs, ad quorum  
 iudicium ea spectat, legitimè cogno-  
 scitur, si iusti & equi amantes, si pa-  
 cis & concordie studiosi, ac non par-  
 tium fautores videri vultis. Alioqui  
 si cuiusquam istorum agrum aut vil-  
 lam violentior quispiā vindicare vo-  
 let, nihil prohibebit, quò minus in eo  
 quod-

quodcūq; tpsē ediderit foro causa disceptetur, siue adeò amoto sine disceptatione iuris priore domino, concordia retinendæ causa ille alter in possessionem rei cōtrouersæ mittatur, actum demū eiectus per quæuis fora de proprietate litigare iubeatur. At hîc statim isti vociferarentur, Indignū facinus, leges moresque violari: vel pereat mundus, dummodò fiat iustitia, cœlumq; terræ miscerent. Cur igitur magis æqui sunt in re sua quisq;, quàm in aliena? in propria, quàm in communi? in priuata, quàm in publica? & ut ne dicam in humana, quàm in diuina, certè in minoris momenti atq; precij, quàm in ea, qua salus omniū & singulorum, & publica tranquillitas continetur? Cur aut tu REX sapientissime, vosq; grauisissimi Senatores, & Equites honestissimi istorū conten-



## EPISTOLA

tione eò vos impelli patimini, ut iuris cum omnibus ordinibus & populis Christianis vobis communis disceptationem inter dissidentes, nullo more, nullo probato exemplo, nullo denique opere precio soli usurpetis? vel non cognita etiam causa, ipsos in alienam per multas gentes, multaque secula consentientis Ecclesiae possessionem immittatis? Cur hic non valent leges concordiae charitatisque Christianae, si forte indignum cuiquam videtur teneri legibus Conciliorum & Canonibus Ecclesiasticis? Cur non interdictum illud, quod valet in priuatis causis apud omnes gentes, quae non prorsus expertes sunt humanitatis, uti possidetis, ita possideatis? Haec vestrae sunt partes in componendo hoc religionis dissidio, hoc vestrum officium

officium. Hic, hinc vos, inquam, Proceres & Equites vna cum Rege mitissimo maiorum vestrorum virtutem & pietatem imitami, eosque non adaequare modò, sed etiam superare contendite. Quid igitur ij fecerunt in simili causa? Ante centum annos, cum tumultuaretur sectarum & religionis dissidio Boemia, sicut nunc tumultuatur Germania, multumque opus haberent ac vterentur etiã Boëmorum armis & auxilijs maiores vestri contra vim & potentiam Teutonum Crucigerorum, regnũ hoc & Lithuaniam diuexantiũ, cumq; multi nostrates nobiliores etiã & potentiores, eorum consuetudine (vt fit) deprauati, eadem dogmata profiterentur & propagare in hoc Regno conarentur, disputatũ ne est in comitijs de controuersis dogmatibus & ritibus?

## EPISTOLA

Nequaquam. Efflagitatum ne nationale, quod vocant, concilium? Ne id quidem. Indultum ne quicquam novarum rerū cupidis? Multò minùs. Imò ne Regnum quidem, ab illis ipsis Boëmis ultro oblatum, acceptum est, non aliam ob causam, quàm propter diuersam religionem, quanuis id non tam utilitas publica suaderet, quàm necessitas propemodum exigeret. Imò etiam bellum eis denunciatum est, ni resipiscerent, & ad Ecclesie Catholice societatem redirent. Et aduersus Boëmos quidē ita tunc se gessere maiores vestri. Quid aduersus ciues & indigenas? Leniores ne fuere? Imò verò conuentu instituto, & cunctis Regni ordinibus adhibitis, summo cōsensu obstrinxerūt ij suam quisq; fidem & honorem: Si quis indigena Regni huius, habens in ipso regno bona

na, hæreticales errores, (agnoscite cōfæderationis verba) facere aut promouere vellet. De quibus autē hæresibus & erroribus id intelligendum est? Nēpe de ijs, qui tunc regnāte Vladislao Iagellonis filio è Boëmia importabantur. Præfatur enim lex: consideratis nonnullis disordinationibus, quæ in ipso regno Poloniæ suboriri cœperāt. Constat autem ex historia illius tēporis, nullas alias, nec aliunde tunc subortas fuisse, quàm à quibusdam non obscuris hominibus, Boëmica labe infectis. Excludit'ne autem lex quēpiam hominem aut ordinē vlllo priuilegio? Imò disertè addit: cuiuscunq; status, gradus, conditionis, & præ eminentiæ fuerint: Adiūgit etiā, siue spirituales, siue seculares. Quid igitur, si quis tale quid ausit?

## EPISTOLA

*Negant se ei auxilio, consilio, vel favore patrocinari velle. Et hoc quidem (addunt q̄) etiam si sanguine, affinitate, & quacunque propinquitate forent nobis aut alicui nostrum coniuncti. Sed prouehuntur etiam longius: nec pro eis loqui volumus aliquod verbum, inquit. Ac ne hoc quidem satis est. Sed, in eorum destructionem consurgere, eosque & quemlibet talem punire se velle promittunt absq; dolo & fraude. O pietatem illius temporis, o disciplinam, o consensum & constantiam maiorum vestrorum Proceres & Equites. Addam etiam, o sapientiam. Intelligebant illi fundamentum esse rerum publicarum religionem, qua non dico euersa aut mutata, sed labefacta duntaxat aut in dubium*

bium reuocata, concidere illas ne-  
 cesse esset. Itaque nullo respectu pri-  
 uatarum necessitudinum, nullo metu  
 vel potentiae cuiusquam vel dissidio-  
 rum, grauissimis pœnis, & suis ipsi  
 fide & honore, (quibus homini in-  
 genuo nihil est antiquius,) religionis  
 maiestatem sentiebant, & extirpa-  
 re nascens malum vel cum charissi-  
 morum suorum periculo malebant,  
 quàm indulgentia sua alere. Quid igitur?  
 Eadem ne nunc à vobis seueri-  
 tas exigitur? Non peccaret opinor,  
 si quis diceret: Moribus antiquis stat  
 res Polona, virisq; vosque ad maio-  
 rum vestrorum leges & instituta ser-  
 uanda hortaretur, quorum vos per-  
 quā obseruantes esse subinde in alijs  
 longè leuioribus causis ostenditis. Et  
 causa quidem iustior etiam est vobis  
 conseruandi ac defendendi placita  
 maio-

## EPISTOLA

maiorum vestrorū, tantò consensu ac diligētia sancita, quàm illis sancien- di fuit, indulgendi verò iustior illis fuit. Neque enim tantam impietatem tulere illa tempora, ad quantam nūc prouebuntur nonnulli, ita vt non mul- tum à Iudaica ac Turcica abesse vi- deantur. Sed fuerit illa seueritas illo- rum temporum, & priscæ grauitatis, aut si quis mauult simplicitatis. Non omnia omnibus temporibus, locis, ho- minibusq; conueniunt. Sint sanè nunc iniquiora tempora, quàm tunc fuere, cū non modò domi nobiles & fa- ctiosi homines turbas ciebant, sed fo- ris etiā Germania penè omnis à cru- cigeris Prussiensibus concitata gra- uis huic regno imminebat, Boëmiq; vel indulgēdo ad societatem belli in- uitandi, vel aduersando iritandi ma- ioribus vestris erant. Habebant illi

tunc

MARTINI CROMERI.

tunc arma in manibus, valebant viribus rei<sup>q</sup>que militaris peritia, grauius Silesios, Morauos, Austrios, Bauaros, Turingos & Saxones vicinos, atq; etiam Vngaros infestabant, & in finibus ferè huius regni castra habebant. Sed maior sanè habeatur huius temporis nostri ratio, quàm illius tunc habenda fuit. Indulgeatur & hïc, vt in multis, hominum licentiæ, vel, si mauultis, alicuius ordinis libertati atq; prerogatiuis, quas tamen nō intelligo quomodo à legibus separari possimus. Remittatur aliquid de seueritate legis illius, nō Regia vel vnius alicuius ordinis constitutione, sed omnium confœderatione conditæ, & fide ac honore omniū sancitæ, dummodò ne penitus ea laxatis licentiæ frænis antiquetur, aut contraria lege abrogetur. Quamnam autem indulgentia



## EPISTOLA

gentia temperari ea debeat, tibi id  
**R**EX clementissime unà cum his cogitandum & aestimandum relinquā.  
 Ego Deum huius Regni protectorem  
 & conseruatorem precabor, vt eam  
 vobis mentem inspiret, qua consilia  
 vestra primum ad ipsius laudem &  
 gloriam, deinde ad Regni huius &  
 Reip. salutem, postremò cum ad ordi-  
 nis equestris amplitudinem, tum ad  
 omnium incolumitatem & mutuam  
 inter ipsos atq; etiā cum cæteris Chri-  
 stianis populis & nationibus concor-  
 diam vel stabiliendam, vel redinte-  
 grandā dirigantur. Quod si fiet, tunc  
 demum vobis, liberisq; & posteris  
 vestris rectè consuletis, & non modò  
 veræ & constantis pietatis ac sapien-  
 tiæ, verum etiā seruatæ patriæ lau-  
 dem ac decus immortale apud omnes  
 gentes vobis comparabitis, & ad lon-  
 gam

MARTINI CROMERI.

gam posteritatem transmittetis. Sin  
aliter vobis videbitur, ferendum for-  
tasse nobis erit id quicquid erit: sed  
vos caute etiam atque etiam primū,  
ne & domi pro concordia maiorem  
discordiam propagetis, & foris cæte-  
rarum Christianarum gentium volun-  
tates & studia, imò & auxilia, si  
quando res postularit, à vobis aliene-  
tis: deinde ne breui quibus minimè  
speratis aut expectatis, colla subda-  
tis, & quā nūc vestri ferè ordinis Episco-  
pos atque sacerdotes, religiōis cultus-  
que diuini qualesquales moderatores,  
dedignamini, profligatissimorū nes-  
cio quorum Ziscarum, atque adeò ex  
infima face vulgi fabrorū, sutorū, &  
coriariorū arbitrio nō tantum in re-  
ligiōe, verū etiā in Repu. leges duras  
& intolerabiles vobis imponi sentiatis.

Quod

1007947

EPIST. MART. CROMERI.

Quod in Boëmia quondam, & in Germania nuper, & aliàs alibi ex eiusce-  
modi initijs & indulgentia siue con-  
niuentia magistratuum vsu venisse  
constat. Ad extremum, ne isthæc no-  
uandi & mutandi dogmata & insti-  
tuta Ecclesiastica licentia, sicut olim  
in Græcia, & vereor ne mox apud  
quosdam vicinos nostros, in barbari-  
cam & Mahometicam impietatem,  
aut fædam seruitutem desinat. Sed  
me terra debiscat potius, quàm ali-  
quid eiusmodi vobis liberisq; ve-  
stris & amplissimo huic  
regno ac Reip. vn-  
quam eue-  
niat.

FINIS.